1. *Manlio — Cornelio*, c. 1, beide *iterum.* *L. Quinctius*, c. 6; 32; *T. Quinctius* scheint L. für den c. 4 genannten zu halten, da die Quinctii nicht allein *Capitolini* heissen, sondern auch *Cincinnati. Papirio*, c. 6. *C. Sergio iterum* fehlt in den Hdss., aber er wird in den Fasten genannt, und c. 27 sein drittes Tribunat erwähnt, vgl. c. 5.

2. *patriciae g.*, 3, 33, 10.

3. *nimius an.*, stolz, anmassend,

aegre ferebat solum eum in magistratibus, solum apud exer-
citus esse, tantum iam eminere, ut isdem auspiciis creatos 4
non pro collegis sed pro ministris habeat, cum interim, si
quis vere aestimare velit, M. Furio recuperari patria ex ob-
sidione hostium non potuerit, nisi a se prius Capitolium at-
que arx servata esset; et ille inter aurum accipiendum et in 5
spem pacis solutis animis Gallos adgressus sit, ipse armatos
capientesque arcem depulerit; illius gloriae pars virilis apud
omnes milites sit, qui simul vicerint, suae victoriae neminem
omnium mortalium socium esse. his opinionibus inflato ani- 6
mo, ad hoc vitio quoque ingenii vehemens et inpotens, post-
quam inter patres non quantum aequum censebat excellere
suas opes animadvertit, primum omnium ex patribus popu- 7
laris factus cum plebeis magistratibus consilia communicare,
criminando patres, adliciendo ad se plebem, iam aura non
consilio ferri, famaeque magnae malle quam bonae esse.
et non contentus agrariis legibus, quae materia semper tri- 8
bunis plebi seditionum fuisset, fidem moliri coepit: acriores
quippe aeris alieni stimulos esse, qui non egestatem modo

§ 6; vergl. 3, 26, 12. — *apud exerc.* hebt die Seite der Magistratur hervor, von welcher Camillus besonders glänzte.

4. *isdem ausp.*, c. 6; 7; 16. vgl. 7, 1, 6. — *cum interim*, da indessen, da doch, vgl. 4, 51, 4; 29, 15, 2. — *velit* hat sich, obgleich *nisi* — *esset* vorausgeht, an *potuerit*, welches ein *potuit* der orat. recta vertritt, angeschlossen. — *Furio*, 1, 23, 10.

5. *inter ac. aur.*, als die Gallier das Gold schon in Empfang nahmen. — *in spem*, auf die Hoffnung hin, c. 5, 2; 44, 25, 10: *malebat in spem Romanae pacis non recusare inpensam.* Da jedoch in den meisten Hdss. *in* fehlt, so vermuthet Dobree: *spe resolutis:* sorglos, nicht an den Kampf denkend, c. 3, 5. — *neminem* etc. geht von der begonnenen Construct. ab, was nach *cum interim*, s. c. 27, 6; 4, 51, 4, geschehen konnte; der Gedanke erscheint so selbständiger, der Gegensatz schärfer. Ueber den Gedanken Cic. Marc. 2.

6. *inter patr.*, im Senate; auch ist er, worauf § 3 *solum* hindeutet, seit der Rettung des Capitols zu keinem Staatsamte gewählt worden.

7. *primum*, wahrscheinlich ist *primus* zu lesen, da *omnium* hier, anders als 1, 1, 1, auf eine Folge von Personen hinweist, s. 2, 18, 4. Uebrigens sind schon *Valerius* 2, 8 und *Cassius* 2, 41 als *populares* dargestellt, die aber nicht so entschieden gegen die Patricier aufgetreten waren. — *communicare*, 1, 54, 1. — *aura* n. *popularis*, was hier fehlen konnte.

8. *non cont. ag. leg.*, nicht dass er Ackergesetze veranlasst hätte, s. jedoch c. 16, 7, sondern sie genügen ihm nicht, er unternimmt etwas Gefährlicheres, nämlich den Credit zu erschüttern, *fidem moliri*, c. 41, 11; 2, 30, 1; vergl. Cic. Off. 2, 24, 2. — *moliri*, wankend machen; indem er das Volk gegen den hohen Zinsfuss aufregt. Nach Appian. Ital. 9 hat er auf Schuldentilgung angetragen, s. auch c. 14, 11. — *ignominiam*, c. 34,

atque ignominiam minentur, sed nervo ac vinculis corpus
9 liberum territent. et erat aeris alieni magna vis re damnosissima etiam divitibus, aedificando, contracta. bellum itaque Vulscum grave per se, oneratum Latinorum atque Hernicorum defectione in speciem causae iactatum, ut maior pote-
10 stas quaereretur: sed nova consilia Manlii magis conpulere senatum ad dictatorem creandum. creatus A. Cornelius Cossus magistrum equitum dixit T. Quinctium Capitolinum.

12 Dictator etsi maiorem dimicationem propositam domi quam foris cernebat, tamen, seu quia celeritate ad bellum opus erat, seu victoria triumphoque dictaturae ipsi vires se additurum ratus, dilectu habito in agrum Pomptinum, quo a
2 Vulscis exercitum inductum audierat, pergit. non dubito, praeter satietatem tot iam libris adsidua bella cum Vulscis gesta legentibus illud quoque succursurum, quod mihi percensenti propiores temporibus harum rerum auctores miraculo fuit, unde totiens victis Vulscis et Aequis suffecerint
3 milites. quod cum ab antiquis tacitum praetermissumque sit, cuius tandem ego rei praeter opinionem, quae sua cuique
4 coniectanti esse potest, auctor sim? simile veri est aut intervallis bellorum, sicut nunc in dilectibus fit Romanis, alia

2; *nervo,* c. 36, 12. Das Gesetz der Zwölf Tafeln, welches diese harte Behandlung der Schuldner erlaubte, heisst bei Gell. 20, 1, 45: *aeris confessi rebusque iure iudicatis triginta dies iusti sunto. post deinde manus iniectio esto, in ius ducito. ni iudicatum facit aut quis endo (in) eum iure vindicit, secum ducito, vincito aut nervo aut compedibus. quindecim pondo ne minore aut si volet maiore vincito.*

9. *et* „und in der That;“ wahrscheinlich war in der Geldnoth nach der Zerstörung der Stadt das den Wucher beschränkende Gesetz der Zwölf Tafeln: *ne quis unciario fenore amplius exerceret,* Tac. Ann. 6, 16 aufgehoben, oder wurde umgangen, s. 7, 16, 1; Nieb. 1, 390.

10. *sed nova* etc., Gegensatz zu *in speciem:* aber in der That. — *creandum. creatus* bezeichnet den Uebergang von dem Wollen, dem Beschluss, zur That. — *Cornelius,* wahrscheinlich der 4, 51 erwähnte. *Quinctius,* § 1.

12—14. Krieg mit den Volskern.

1. *propositam,* in Aussicht gestellt. — *inductum,* die Hdss. haben *induci indictum;* indess eignete sich das streitige Pomptinische Gebiet nicht wol zum Sammelplatze des Heeres (*indictum*).

2. *satietatem* etc., s. c. 10, 8; 21, 2. An sich waren die Kriege sehr wichtig, da die Ueberwindung der Aequer und Volsker Roms Macht begründete, allein sie waren in den Annalen ohne Zusammenhang erzählt, da selbst die ältesten (*propiores,* vergl. 25, 11, 20; 29, 14, 9) über 200 Jahre von diesen Begebenheiten entfernt sind.

3. *tacitum,* Particip. und durch *praetermissum* erklärt. — *coniectanti,* 4, 20, 10. — *auctor s.,* welche Ansicht soll ich aussprechen?

atque alia subole iuniorum ad bella instauranda totiens usos
esse; aut non ex isdem semper populis exercitus scriptos,
quamquam eadem semper gens bellum intulerit; aut innu- 5
merabilem multitudinem liberorum capitum in eis fuisse lo-
cis, quae nunc vix seminario exiguo militum relicto servitia
Romana ab solitudine vindicant. ingens certe, quod inter 6
omnes auctores conveniat, quamquam nuper Camilli ductu
atque auspicio accisae res erant, Vulscorum exercitus fuit.
ad hoc Latini Hernicique accesserant et Cerceiensium qui-
dam et coloni etiam a Velitris Romani. dictator castris eo 7
die positis, postero cum auspicato prodisset hostiaque caesa
pacem deum adorasset, laetus ad milites iam arma ad pro-
positum pugnae signum, sicut edictum erat, luce prima ca-
pientes processit: „nostra victoria est, milites,“ inquit, „si 8
quid di vatesve eorum in futurum vident. itaque, ut decet
certae spei plenos et cum inparibus manus conserturos, pilis
ante pedes positis gladiis tantum dextras armemus. ne pro-

4. *alia a. a.*, immer andere, die in der Zwischenzeit der Kriege herangewachsen waren. — *instauranda*, 24, 42, 6: *gens nata instaurandis — bellis*. — *populis — gentis*, 4, 49, 3: *suae gentis populo*; ib. 56, 5: *utriusque gentis populos*; 7, 26, 15: *cuius populi — cuius gentis*; 45, 22, 8: *reguli principesque gentium aut populorum* u. a. Zur Sache s. 2, 25, 6; 3, 10, 8.

5. *seminario*, eine Pflanzschule für Krieger, wie 42, 61, 5 die Ritter ein *seminarium senatus* heissen. Zu L's Zeit war das Land theils durch bie Bürgerkriege entvölkert, theils waren grosse Strekken (latifundia) im Besitze der Optimaten, welche sie durch Sclaven bebauen liessen, oder an die Veteranen in Militärcolonien vertheilt, nachdem der kräftige Bauernstand unterdrückt oder vernichtet war.

6. *certe* geht auf § 1 zurück: was auch die Ursache sein mag, so viel steht fest. — *conveniat*, 5, 34, 6; Zumpt § 559. — *nuper*, c. 2. — *et — etiam*, 1, 16, 5. — *Cerceiensium*, 1, 56; 2, 39; dass Circei 362 d. St. wieder eine (latinische s. 8, 3) Colonie erhalten habe, meldet Diod. 14, 102. — *a Velitris*, s. 1, 50, 2. Ueber die Stadt s. 2, 31; 34; allein lange war sie wieder im Besitze der Volsker gewesen, und galt, obgleich nach 351 d. St. nach Diod. 14, 34 wieder eine Colonie dahin geführt ist, für eine Volskische Stadt. — *coloni* etc. L. denkt auch hier, s. 3, 4, 4; 6, an den Abfall der Colonisten selbst statt der alten Bewohner, und betrachtet, wie *Romani* zeigt, s. c. 21; 8, 14 *Velitrae* als colonia civium, s. Dion. 7, 13, obgleich der häufige Abfall derselben dieses zweifelhaft macht, s. c. 17, 7.

7. *prodisset*, wie 5, 21, 1: *egressus*. — *propositum s.*, das Vexillum auf dem Feldherrnzelte.

8. *vatesve*, verbessernd, da die Kenntniss der Götter nicht in Zweifel zu ziehen war. Die *vates* sind in Bezug auf *hostia caesa* Haruspices, in Bezug auf § 9: *secundis avibus* Augurn. — *pilis*, s. 2, 65, 3; Marquardt 3, 2, 270. — *obni-*

curri quidem ab acie velim, sed obnixos vos stabili gradu
9 impetum hostium excipere. ubi illi vana iniecerint missilia,
et effusi stantibus vobis se intulerint, tum micent gladii,
et veniat in mentem uni cuique deos esse qui Romanum
adiuvent, deos qui secundis avibus in proelium miserint.
10 tu, T. Quincti, equitem intentus ad primum initium moti
certaminis teneas: ubi haerere iam aciem conlato pede videris, tum terrorem equestrem occupatis alio pavore infer, in-
11 vectusque ordines pugnantium dissipa." sic eques, sic pedes,
ut praeceperat, pugnant; nec dux legiones nec fortuna fe-
13 fellit ducem. Multitudo hostium, nulli rei praeterquam numero freta et oculis utramque metiens aciem, temere proe-
2 lium iniit, temere omisit: clamore tantum missilibusque telis
et primo pugnae impetu ferox gladios et conlatum pedem et
vultum hostis ardore animi micantem ferre non potuit.
3 inpulsa frons prima et trepidatio subsidiis inlata. et suum
terrorem intulit eques; rupti inde multis locis ordines, motaque omnia et fluctuanti similis acies erat. dein, postquam
cadentibus primis iam ad se quisque perventuram caedem
4 cernebat, terga vertunt. instare Romanus; et donec armati
confertique abibant, peditum labor in persequendo fuit: postquam iactari arma passim fugaque per agros spargi aciem
hostium animadversum est, tum equitum turmae emissae dato
signo, ne in singulorum morando caede spatium ad evaden-
5 dum interim multitudini darent: satis esse missilibus ac terrore inpediri cursum, obequitandoque agmen teneri, dum ad-
6 sequi pedes et iusta caede conficere hostem posset. fugae
sequendique non ante noctem finis fuit. capta quoque ac
direpta eodem die castra Vulscorum, praedaque omnis prae-
7 ter libera corpora militi concessa est. pars maxima capti-

xos, 8, 38, 11: *in suo quisquis gradu obnixi.*

9. *vobis*, daraus ist zu *iniecerint* der entsprechende Casus zu nehmen. — *effusi*, sie halten bei dem heftigen Angriffe nicht Reih und Glied.

10. *teneas*, die Reiterei, die sonst wol den Kampf beginnt, soll bei dem ersten Angriffe auf der Stelle bleiben.

13. 1. *nulli rei*, 4, 37, 6. — *praeterquam*, 4, 17, 6.

2. *conlatum ped.*, wie c. 12, 10. Virg. Aen. 10, 461: *haeret pede pes densusque viro vir.* — *ardore a. m.*, 7, 33, 17.

3. *frons prima*, die erste Schlachtreihe, die antesignani, s. 8, 8, 6. — *subsidiis*, c. 8, 4. — *fluctuanti*, wie 3, 60, 10: *fluctuantem turbam*, im Gegensatze zu dem Kampfe in geschlossenen Gliedern; vgl. 4, 37, 11.

4. *equitum t. e.*, da schon § 3 ein Angriff derselben erwähnt ist, müssten sie sich wieder gesammelt haben. — *dato si.*, 5, 36, 7.

vorum ex Latinis atque Hernicis fuit, nec hominum de plebe,
ut credi posset mercede militasse, sed principes quidam iu-
ventutis inventi, manifesta fides publica ope Vulscos hostes
adiutos. Cerceiensium quoque quidam cogniti et coloni a 8
Velitris; Romamque omnes missi percunctantibus primoribus
patrum eadem quae dictatori, defectionem sui quisque populi,
haud perplexe indicavere.

Dictator exercitum in stativis tenebat minime dubius 14
bellum cum iis populis patres iussuros, cum maior domi ex-
orta moles coegit acciri Romam eum gliscente in dies sedi-
tione, quam solito magis metuendam auctor faciebat. non 2
enim iam orationes modo M. Manli sed facta, popularia in
speciem, tumultuosa eadem, qua mente fierent intuenda erant.
centurionem, nobilem militaribus factis, iudicatum pecuniae 3
cum duci vidisset, medio foro cum caterva sua accurrit et
manum iniecit; vociferatusque de superbia patrum ac crude-

7. *de plebe*, 2, 36, 1. — *principes iuv.*, 2, 20, 10. — *manifesta f.*, ein offenbarer Beweis, der zu der Ueberzeugung führte, gehört als Apposit. zu dem ganzen Satze, und steht dessen Construct. folgend im Nominativ, 4, 17, 4. Der acc. c. inf. wie c. 9, 9 von einem Substantiv abhängig.

8. *percunctantibus*, vgl. 30, 22, 5: *cum more tradito patribus potestatem interrogandi, si quis quid vellet, praetor fecisset.* — *perplexe*, 30, 42, 6: *Macedones cum perplexe responderent.* Die Strafe der Abgefallenen, die nach L. Römer waren, ist nicht erwähnt, oder die Sache hat sich anders verhalten. — *populi*, auch die Colonien sind gemeint, Servius: (*colonia*) *est pars civium aut sociorum missa, ubi rem publicam habeant;* Marquardt 3, 1, 15 f. Der Abfall selbst erfolgt erst später, c. 21, 2.

14. 1. *patres iuss.*, vgl. c. 21, 3. — *moles*, 1, 9, 5. — *solito*, wenn Tribunen Aufstände erregten, c. 28, 6.

2. *iam* in Bezug auf c. 10. — *qua mente fier.* ist der Gegensatz zu *in speciem:* zwar dem Scheine nach nur volksfreundlich, aber nach der Gesinnung, in der sie geschahen, aufrührerisch, s. § 5: *palam;* § 9: *commotior.* — *qua* = *qua quidem*, wie c. 12, 6: *quod — conveniat;* 5, 34, 6; vgl. 3, 40, 7: *sententia asperior in speciem vim maiorem — habuit;* ib. 9, 13: *in speciem — re ipsa* u. a. Uebrigens bezieht sich *popularia* und *tumultuosa* sowol auf *orationes* als auf *facta*, diese werden § 3—11, weiterhin die ersteren dargestellt.

3. *centurionem*, vgl. 2, 23. — *iudicatum*, er wurde nicht unmittelbar, in Folge eines *nexum* abgeführt, 2, 23, 1, sondern war durch einen richterlichen Spruch verurtheilt eine Geldsumme zu bezahlen, und wurde, da er dieses in der gesetzlichen Frist nicht bewirkt hat, und von dem Magistrate in Folge des c. 11, 8 erwähnten Gesetzes dem Gläubiger zugesprochen war, jetzt von diesem in Gewahrsam gebracht, § 4: *in servitutem duci.* — *pecuniae*, 23, 14, 3: *quique iudicati pecuniae in vinculis essent*, 26, 3, 8. — *manum ini.*, um ihn zu vindiciren; denn der *iudicatus* war in das

litate feneratorum et miseriis plebis, virtutibus eius viri for-
4 tunaque, „tum vero ego“ inquit „nequiquam hac dextra
Capitolium arcemque servaverim, si civem commilitonemque
meum, tamquam Gallis victoribus captum, in servitutem ac
5 vincula duci videam.“ inde rem creditori palam populo
solvit, libraque et aere liberatum emittit, deos atque homi-
nes obtestantem, ut M. Manlio liberatori suo, parenti plebis
6 Romanae, gratiam referant. acceptus extemplo in tumultuo-
sam turbam et ipse tumultum augebat, cicatrices acceptas
7 Veienti Gallico aliisque deinceps bellis ostentans: se militan-
tem, se restituentem eversos penates, multiplici iam sorte
exsoluta, mergentibus semper sortem usuris, obrutum fenore
8 esse; videre lucem forum civium ora M. Manli opera; omnia
parentium beneficia ab illo se habere; illi devovere corporis
vitaeque ac sanguinis quod supersit: quodcumque sibi cum
patria, penatibus publicis ac privatis, iuris fuerit, id cum
9 uno homine esse. his vocibus instincta plebes cum iam
unius hominis esset, addita alia commotioris ad omnia tur-

dominium des Gläubigers gekommen, und konnte nur durch einen Bürgen, der als vindex für ihn auftrat und zahlte, aus der Haft befreit werden, Keller der röm. Civilprocess S. 81. — *feneratorum*, hier von den patres geschieden, s. c. 36, 12; Nieb. 1, 391 f.

4. *servaverim*, den künftigen Erfolg bezeichnend, vertritt das fut. exact., s. 22, 14, 10: *servaverint.*

5. *rem*, die Schuld. — *palam* vertritt die Stelle einer Präposit., wie bei Dichtern bisweilen. Der Gedanke ist hinzugefügt um auf die Absichten des Manlius hinzuweisen, obgleich solche Geschäfte auch sonst öffentlich verhandelt wurden. — *libraque—emittit.* Dadurch dass Manlius für den centurio zahlt, hat er ein gleiches Recht auf ihn erworben wie der erste Gläubiger, er konnte ihn servi loco wegführen; statt dessen giebt er ihn schenkungsweise *per aes et libram* frei. Nach Anderen ist *libraque — liberatum* die Befreiung aus der Hand des ersten Gläubigers; *emittit*, die Befreiung durch Manlius. — *que* an *libra* verbindet den 2. Satz als Folge mit dem ersten.

7. *eversos p.*, seine, wol im Gallischen Kriege, zerstörte Wohnung. — *multiplici* etc., er habe das Kapital (*sorte*) schon vielfach zurückgezahlt, indem die Zinsen (*usurae*) das also mehrere Jahre bereits geliehene Kapital wie anschwellende Wogen bedeckt hätten (*mergentibus*), so dass er an die Bezahlung desselben nicht habe denken können, vgl. 2, 23: *cumulatum usuris;* Marquardt 3, 2, 129; so sei er durch die Wucherzinsen (*fenore*) zu Grunde gegangen. In *obrutum* ist dasselbe Bild wie in *mergentibus* festgehalten, s. c. 17, 2; 2, 29, 8.

8. *quodcumque* etc., s. 5, 42, 1: jede rechtliche Verbindung, jede Verpflichtung, die Pietät, die ihn an das Vaterland, an die Schutzgötter des Staates und seines Hauses, 3, 17, 11; 5, 52, 3, geknüpft habe, verbinde ihn jetzt mit Manlius.

9. *unius h. e.*, 3, 36, 7. — *commotioris* etc., *commotus* ist der,

banda consilii res. fundum in Veienti, caput patrimonii, 10
subiecit praeconi: „ne quem vestrum“ inquit, „Quirites, do-
nec quidquam in re mea supererit, iudicatum addictumve
duci patiar.“ id vero ita accendit animos, ut per omne fas
ac nefas secuturi vindicem libertatis viderentur. ad hoc domi 11
contionantis in modum sermones pleni criminum in patres;
inter quos cum omisso discrimine, vera an vana iaceret, the-
sauros Gallici auri occultari a patribus iecit; nec iam possi-
dendis publicis agris contentos esse, nisi pecuniam quoque
publicam avertant: ea res si palam fiat, exsolvi plebem aere
alieno posse. quae ubi obiecta spes est, enimvero indignum 12
facinus videri: cum conferendum ad redimendam civitatem a
Gallis aurum fuerit, tributo conlationem factam, idem au-

welcher in den Zustand der Aufregung, Unruhe, versetzt ist und darin verharrt, so dass es sich wie *consideratus*, *copulatus* u. a. der activen Bedeutung nähert; also ein Unternehmen, das aus einer aufgeregteren Stimmung hervorgieng; noch stürmischer, und somit geeigneter war Alles zu verwirren als das § 5 Erzählte. — *ad omnia turb.* kann nach der Wortstellung nur zu *commotioris* gehören. — *res* ist Umschreibung.

10. *praeconi,* er liess es öffentlich zum Verkaufe ausbieten und verkaufen, wie § 5: *palam.* — *ne quem,* von einem aus dem Zusammenhange sich ergebenden Begriffe: ich thue es, oder: ich will verhüten, abhängig, vgl. 3, 53, 4. — *addictumve;* da der *iudicatus* erst 30 Tage nach dem gefällten Richterspruch, s. c. 11, 8, wenn er nicht zahlt oder Sicherheit stellt, vor den Magistrat geführt und von diesem (wenigstens nach dem späteren in dem Zwölftafelgesetze eigentlich nicht vorgeschriebenen Verfahren) dem Gläubiger zugesprochen wird (*addicitur*), das *duci* also erst nach der *addictio* erfolgen kann, so ist *ve* hier verbessernd hinzugefügt. Doch heisst es von demselben Verhältnisse c. 15, 9: *iudicatos addictosque;* c. 34, 2: *iudicatos atque ad*, weil beides verbunden sein muss: der iudicatus, welcher addicirt ist. L. spricht in der ganzen Verhandlung nur von *iudicatis* und *addictis*, nicht von *nexis* wie 2, 23 ff., obgleich sich kaum zweifeln lässt, dass viele Schuldner auch jetzt das nexum eingegangen sein werden.

11. *inter q.*, zu diesen gehörte unter andern, s. 7, 25, 10; 22, 57, 6. — *vera an v.* hängt von dem in *omisso disc.* liegenden Begriffe der Unentschiedenheit ab; ohne einen Unterschied zu machen, ob, s. 2, 54, 7; ib. 40, 13: *iaceret* von *cum.* Ueber die Wiederholung *iaceret — iecit* s. 1, 53, 4. — *possidendis — contentos* weicht von dem gewöhnlichen Gebrauche des abl. gerund. ab, vgl. 23, 28, 11. — *publicis* ist hinzugefügt um den Gegensatz in der chiastischen Stellung andeuten zu können, s. c. 35, 4. — *exsolvi* etc., er weist also darauf hin, dass das Geld vertheilt oder unmittelbar zur Schuldentilgung verwendet werden soll, c. 15, 5.

12. *tributo* etc. Die beiden Sätze sind asyndetisch nebeneinander gestellt, obgleich der erste *conlat. — factam* dem zweiten *idem aurum* etc. logisch untergeordnet sein sollte: während nämlich, als das

rum ex hostibus captum in paucorum praedam cessisse.
13 itaque exsequebantur quaerendo, ubi tantae rei furtum oc-
cultaretur; differentique et tempore suo se indicaturum di-
centi ceteris omissis eo versae erant omnium curae, appa-
rebatque nec veri indicii gratiam mediam nec falsi offen-
sionem fore.
15 Ita suspensis rebus dictator accitus ab exercitu in urbem
venit. postero die senatu habito cum satis periclitatus vo-
luntates hominum discedere senatum ab se vetuisset, stipatus
ea multitudine, sella in comitio posita viatorem ad M. Man-
2 lium misit; qui dictatoris iussu vocatus, cum signum suis
dedisset adesse certamen, agmine ingenti ad tribunal venit.
3 hinc senatus, hinc plebs, suum quisque intuentes ducem,
4 velut in acie constiterant. tum dictator silentio facto „uti-
nam“ inquit „mihi patribusque Romanis ita de ceteris rebus
cum plebe conveniat, quem ad modum quod ad te attinet
eamque rem, quam de te sum quaesiturus, conventurum sa-
5 tis confido. spem factam a te civitati video fide incolumi
ex thesauris Gallicis, quos primores patrum occultent, cre-
ditum solvi posse. cui ego rei tantum abest ut impedimento
sim, ut contra te, M. Manli, adhorter, liberes fenore plebem
Romanam, et istos incubantes publicis thesauris ex praeda
6 clandestina evolvas. quod nisi facis, sive ut et ipse in parte

Geld habe geschafft werden müssen, eine Steuer ausgeschrieben worden sei, sei dieses Geld u. s. w. — *tributo conl.*, dass dieses geschehen sei, hat L. nicht erwähnt; aber wenn nach 5, 50, 6 u. 7 das Geld wenigstens nicht vollständig in der Staatskasse vorhanden war, und das den Galliern abgenommene den Göttern geweiht sein soll, so konnte es nur durch ein tributum aufgebracht werden. — *paucorum*, c. 15, 5; da die Steuer von Allen, s. 4, 60, 4, hatte geleistet werden müssen. — *in — praedam c.*, als Beute anheim gefallen, 36, 17, 13: *ea in praemium cessura;* vgl. 43, 19, 12.

13. *exsequebantur*, 3, 20, 2. — *differenti*, 1, 54, 6; ib. 48, 6: *flectenti; differre* ist absolut gebraucht, wie 24, 39, 3. — *mediam*, 5, 37, 3, gehört zu *gratia* und *offensio*.

15. 1. *periclitatus* soll die Vorsicht, nicht die Furcht des Dictators bezeichnen. — *vetuisset*, ein ähnliches Verfahren ist 5, 50, 8 erwähnt. Ueber das Gericht des Dictators 4, 14.

2. *agmine*, Freunde und Anhänger, die ihm im Gerichte beistehen wollen, vgl. 3, 44; 5, 30, 4.

4. *patribus R.*, 1, 18, 5. — *quaesiturus*, als Richter.

5. *fide inc.*, der Gegensatz ist c. 34, 1 und c. 11, 8: *fidem moliri.* — *creditum*, c. 14, 11. — *ut contra*, Zumpt § 779. — *fenore*, § 8: *feneratorum;* c. 14, 7.

6. *sive ut* etc., um, wenn es zur Theilung unter die primores kommt, denn jetzt ist die gesammte Summe noch vereinigt (*publicis thesauris*),

praedae sis, sive quia vanum indicium est, in vincla te duci
iubebo, nec diutius patiar a te multitudinem fallaci spe con-
citari.“ ad ea Manlius nec se fefellisse ait, non adversus 7
Vulscos, totiens hostes quotiens patribus expediat, nec ad-
versus Latinos Hernicosque, quos falsis criminibus in arma
agant, sed adversus se ac plebem Romanam dictatorem cre-
atum esse, iam omisso bello, quod simulatum sit, in se im- 8
petum fieri; iam dictatorem profiteri patrocinium feneratorum
adversus plebem; iam sibi ex favore multitudinis crimen et
perniciem quaeri. „offendit“ inquit „te, A. Corneli, vosque, 9
patres conscripti, circumfusa turba lateri meo — „quin eam
diducitis a me singuli vestris beneficiis, intercedendo, exi-
mendo de nervo cives vestros, prohibendo iudicatos addi-
ctosque duci, ex eo quod affluit opibus vestris sustinendo
necessitates aliorum? sed quid ego vos, de vestro inpendatis, 10
hortor? sortem aliquam ferte, de capite deducite quod usu-
ris pernumeratum est: iam nihilo mea turba quam ullius
conspectior erit. at enim quid ita solus ego civium curam 11
ago? nihilo magis quod respondeam habeo, quam si quaeras,
quid ita solus Capitolium arcemque servaverim. et tum uni-
versis quam potui opem tuli, et nunc singulis feram. nam 12

seinen Antheil zu erhalten. — *in vincla*, s. 3, 56, 4.

7. *nec se* etc., auch ihm sei nicht entgangen was die Senatoren und der Dictator wüssten. — *totiens h.*, 1, 39, 3. — *falsis crim.*, da sie nicht *publico consilio* abgefallen waren. Indess ist den Latinern der Krieg noch nicht angekündigt.

8. *feneratorum*, s. § 5; c. 14, 3; weil der Dictator das von Manl. vorgeschlagene Mittel der Schuldentilgung in Abrede stellt. — *perniciem*, Verurtheilung und Hinrichtung als Hochverräther (*crimen*).

9. *lateri*, c. 10, 8. — *intercedendo*, durch Bürgschaftleisten; *eximendo*, durch Zahlung der Schulden für bereits Verhaftete; *prohibendo* etc., indem sie, ehe dieselben abgeführt werden, ihre Schulden zahlen; sowol das *eximere* als *prohibere* konnten sie bewirken, wenn sie als *vindices* auftraten, c. 14, 3. — *eo quod a.*, „von euerem Ueberflusse,“ bildet den Uebergang zum Folgenden.

10. *sortem al. f.* Der Sinn der Stelle ist aus dem Zusammenhange klar: „sind mit einem mässigen Kapitale zufrieden,“ aber die Bedeutung der einzelnen Worte ist unsicher. — *aliquam*, mit irgend einem, d. h. das nicht in das Unendliche durch die hinzugeschlagenen Zinsen, s. c. 14, 7, gesteigert wird. Huschke das Nexum S. 126 vermuthet *at aequam*. — *ferte*, nehmt an, seid zufrieden. Andere erklären: bietet an. — *de capite* etc., ziehet von dem Stammkapitale ab u. s. w. Dem Vorschlage, welcher später ausgeführt wird, s. c. 35, liegt die Ansicht zu Grunde, dass in den Zinsen ein Theil des Kapitals zurückgezahlt werde, und es wird durch denselben das unbestimmte *aliquam* näher bezeichnet.

12. *nam* etc.: so wenig ich die

quod ad thesauros Gallicos attinet, rem suapte natura faci-
lem difficilem interrogatio facit. cur enim quaeritis, quod
scitis? cur, quod in sinu vestro est, excuti iubetis potius
13 quam ponatis, nisi aliqua fraus subest? quo magis argui
praestigias iubetis vestras, eo plus vereor, ne abstuleritis
observantibus etiam oculos. itaque non ego vobis ut indicem
praedas vestras, sed vos id cogendi estis, ut in medium pro-
16 feratis.“ Cum mittere ambages dictator iuberet, et aut per-
agere verum indicium cogeret, aut fateri facinus insimulati
falso crimine senatus oblataeque vani furti invidiae, negan-
tem arbitrio inimicorum se locuturum in vincla duci iussit.
2 arreptus a viatore „Iuppiter“ inquit „optime maxime Iuno-
que regina ac Minerva ceterique dii deaeque, qui Capitolium
arcemque incolitis, sicine vestrum militem ac praesidem si-
nitis vexari ab inimicis? haec dextra, qua Gallos fudi a de-
3 lubris vestris, iam in vinclis et catenis erit?“ Nullius nec
oculi nec aures indignitatem ferebant, sed invicta sibi quae-

vorhergehende Frage: *quid ita* etc. beantworten kann, eben so wenig die nach dem Gallischen Golde, denn u. s. w. Durch eine geschickte Wendung sucht er sich dem Vorwurfe, dass er eine falsche Anzeige gemacht habe und der Nothwendigkeit den Beweis zu führen zu entziehen. — *in sinu,* man trug das Geld in einer Bausche (*sinus*), den die Toga, in der späteren Zeit wenigstens, s. Becker Gallus 2. Ausg. 2, 112 ff., bildete; wurde der Zipfel, durch den dieselbe entstand, weggezogen, so musste das Geld herausfallen. — *ponatis*, freiwillig, nachher: *in medium proferatis.* Ueber *quam — ut* s. 2, 15, 2.

13. *praestigias*, sowol hierbei als bei *ne abstuler. ob.* etc. ist an Gaukler und Taschenspieler zu denken, welche die Zuschauer ungeachtet aller Aufmerksamkeit täuschen. — *praedas v.,* die Weihung des Goldes, 5, 50, 6, war nur nach einem Senatsbeschlusse durch diese Priester vollzogen; die Heimlichkeit, und der Umstand, dass die nicht in die religiösen Ansichten der Patrier Eingeweihten die Nothwendigkeit der Zurücklegung nicht anerkannten, konnte die Sache verdächtig machen.

16. 1. *peragere v. i.*, die Anzeige vollständig darlegen und sie so als wahr erweisen, 1, 24, 9; ib. 32, 7; 3, 47, 4. — *insimulati f. c. sen.*, also *calumnia*, 3, 24, 3. — *crimen* = *criminatio.* — *oblataeque*, 1, 51, 2. — *arbitrio* etc., er will das ausserordentliche Gericht des Dictators, s. 4, 14, nicht anerkennen. Sowol aus diesem Grunde als wegen der calumnia wird die c. 15, 6 anders motivirte Drohung ausgeführt. Das Aeusserste zu verfügen wie bei Maelius, scheint der Dictator nicht gewagt zu haben.

2. *Iuno reg.*, die auf dem Capitole verehrte, 3, 17. — *praesidem*, 3, 7, 1; 26, 41, 18: *dii immortales, imperii Romani praesides.* — *in cat.*, 3, 58, 2.

3. *invicta*, wie 2, 1, 4: *inviolata*, vgl. 8, 34, 2: *dictatoris edictum pro numine semper obser-*

dam patientissima iusti imperii civitas fecerat, nec adversus dictatoriam vim aut tribuni plebis aut ipsa plebs attollere oculos aut hiscere audebant. coniecto in carcerem Manlio 4
satis constat magnam partem plebis vestem mutasse, multos mortales capillum ac barbam promisisse, obversatamque vestibulo carceris maestam turbam. dictator de Vulscis trium- 5
phavit, invidiaeque magis triumphus quam gloriae fuit: quippe domi non militiae partum eum, actumque de cive non de hoste fremebant; unum defuisse tantum superbiae, quod non M. Manlius ante currum sit ductus. iamque haud procul se- 6
ditione res erat. cuius leniendae causa postulante nullo largitor voluntarius repente senatus factus Satricum coloniam duo milia civium Romanorum deduci iussit. bina iugera et semisses agri adsignati. quod cum et parvum et paucis da- 7
tum et mercedem esse prodendi M. Manli interpretarentur, remedio inritatur seditio. et iam magis insignis et sordibus 8
et facie reorum turba Manliana erat, amotusque post triumphum abdicatione dictaturae terror et linguam et animos liberaverat hominum. Audiebantur itaque propalam voces 17
exprobrantium multitudini, quod defensores suos semper in praecipitem locum favore tollat, deinde in ipso discrimine periculi destituat. sic Sp. Cassium in agros plebem vocan- 2
tem, sic Sp. Maelium ab ore civium famem suis inpensis

vatum. — *patientissima i. i.* enthält sowol das Urtheil L's über das Verfahren des Dictators, als den Grund, warum das Volk ungeachtet seiner Uebermacht die gesetzlichen Schranken nicht überschreitet; s. jedoch c. 38, 9. — *attollere* etc., nachgebildet von Curtius 6, 36, 32: *Philotas — non attollere oculos non hiscere audebat.* Ueber die Sache s. Becker 2, 2, 171.

4. *vestem mut.*, wie für einen Verwandten, Vater, s. c. 14, 5; Cic. Sest. 11 f. — *capillum* etc., s. 5, 41, 9; obgleich Bart und Haar nicht wie später abrasirt wurde, konnte man sie doch schon damals bei gewissen Veranlassungen länger als gewöhnlich wachsen lassen.

5. *unum tantum*, s. 3, 56, 4; 21, 50, 5.

6. *largitor*, c. 2, 12. — *voluntarius*, ohne von den Tribunen gedrängt zu sein. — *Satricum*, welches ein Jahr vorher, c. 8, erobert war. Nach Velleius 1, 14 wäre damals die Colon. Sutrium gegründet worden, welche L. übergangen hat. — *civium Rom.*, also nicht mit den Latinern gemeinschaftlich. Sowol die Zahl der Colonisten als das bedeutende Ackermass soll die Partei des Manlius schwächen.

7. *parvum*, vgl. 5, 24, 5. Man hatte eine umfassendere Vertheilung erwartet; nach Appian. Ital. 9 hatte Man. selbst darauf angetragen Staatsland zu verkaufen um die Schulden zu tilgen.

17. 1. *exprobrantium*, s. 5, 21, 11.

2. *Cassium*, 2, 41. — *vocantem* als conatus zu nehmen. — *Maelium*, 4, 13 f. — *partem*, es ist

propulsantem oppressos, sic M. Manlium mersam et obrutam fenore partem civitatis in libertatem ac lucem extrahentem
3 proditum inimicis. saginare plebem populares suos, ut iugulentur. hocine patiendum fuisse, si ad nutum dictatoris non responderit vir consularis? fingerent mentitum ante, atque ideo non habuisse quod tum responderet: cui servo
4 umquam mendacii poenam vincula fuisse? non obversatam esse memoriam noctis illius, quae paene ultima atque aeterna nomini Romano fuerit? non speciem agminis Gallorum per Tarpeiam rupem scandentis? non ipsius M. Manli, qualem eum armatum plenum sudoris ac sanguinis ipso paene Iove
5 erepto ex hostium manibus vidissent? selibrisne farris gratiam servatori patriae relatam? et quem prope caelestem, cognomine certe Capitolino Iovi parem fecerint, eum pati vinctum in carcere, in tenebris obnoxiam carnificis arbitrio ducere animam? adeo in uno omnibus satis auxilii fuisse,
6 nullam opem in tam multis uni esse? Iam ne nocte quidem turba ex eo loco dilabebatur, refracturosque carcerem minabantur, cum remisso, id quod erepturi erant, ex senatus consulto Manlius vinclis liberatur. quo facto non seditio finita sed dux seditioni datus est.
7 Per eosdem dies Latinis et Hernicis simul colonis Circeiensibus et a Velitris, purgantibus se Vulsci crimine belli captivosque repetentibus, ut suis legibus in eos animadver-

immer nur die Plebs, welche als verschuldet erscheint.

3. *saginare*, von Thieren und Gladiatoren entlehnt, s. Cic. Sest. 36, 78. Aristoph. Eq. 1132: *κλέπτοντά τε βούλομαι τρέφειν, ἕνα προστάτην· τοῦτον δ' ὅταν ᾖ πλέως, ἄρας ἐπάταξα.* — *populares suos*, Duker hält *suos*, da hier nur Freunde und Führer der Plebs gemeint sind, mit Recht für unpassend. — *hocine*, ob man sich die Gefangennehmung eines so angesehenen Mannes ohne richterliches Urtheil gefallen lassen dürfe.

4. *per Tarpeiam*, 5, 47. — *sanguinis* und *vidissent* rhetorische Uebertreibungen, 5, 47, 5.

5. *selibrisne*, 5, 48. — *cognomine*, 5, 31. — *Capitolino*, absichtlich vorangestellt, 1, 12, 6.

6. *refracturosque*, wie oft ist bei dem inf. fut. *se* und *esse* weggelassen? — *id* sollte genau genommen *eo* heissen, ist aber von *quod*, mit dem verbunden es eine erläuternde Parenthese bildet, angezogen, vgl. 21, 10, 9: *et, id de quo ambigebatur, — dedit.* — *ex sen.*, der Senat tritt als richterliche Behörde ein, und hebt die Anordnung des Dictators auf, vgl. 34, 44, 7; 39, 14, 5.

7. *simul*, „zugleich mit," nähert sich dem Gebrauche als Präposit., wie es bei Dichtern und Tacitus sich findet. — *crimine*, c. 13, 7. — *repetentibus* etc. Wenn Privatleute sich gegen einen verbündeten Staat vergangen hatten, so konnte der, welchem sie angehörten, die Auslieferung derselben fordern, um

terent, tristia responsa reddita; tristiora colonis, quod cives Romani patriae oppugnandae nefanda consilia inissent. non 8
negatum itaque tantum de captivis, sed, in quo ab sociis tamen temperaverant, denuntiatum senatus verbis, facesserent propere ex urbe ab ore atque oculis populi Romani, ne nihil eos legationis ius, externo non civi comparatum, tegeret.
Recrudescente Manliana seditione sub exitu anni comitia 18
habita, creatique tribuni militum consulari potestate Servius Cornelius Maluginensis iterum P. Valerius Potitus iterum M. Furius Camillus quintum Servius Sulpicius Rufus iterum C. Papirius Crassus T. Quinctius Cincinnatus iterum. cuius 2
principio anni et patribus et plebi peropportune externa pax data: plebi, quod non avocata dilectu spem cepit, dum tam potentem haberet ducem, fenoris expugnandi; patribus, ne quo externo terrore avocarentur animi ab sanandis domesticis malis. igitur cum pars utraque acrior aliquanto coorta 3
esset, iam in propinquum certamen aderat et Manlius. advo-

sie nach seinen Gesetzen zu bestrafen. Indem der Senat die Auslieferung verweigert um selbst zu strafen, s. 1, 14, 1; ib. 30; 5, 36, scheint er von der Ansicht auszugehen, dass die Staaten selbst den Bund verletzt haben, c. 10, 7. Nicht klar ist es jedoch, wie die Colonien, welche L., wie aus: *quod cives Romani* und *externo non civi* hervorgeht, als römische betrachtet, diese Forderung haben stellen können, da sie als röm. Bürger in Rom und nach röm. Gesetzen hätten gerichtet werden müssen. Selbst wenn ursprünglich die alten Einwohner, als cives sine suffragio, s. 3, 4, 4, gemeint waren, würde der Ausdruck, da diese keine besonderen Gesetze, sondern die der röm. Colonisten hatten, s. Marquardt 3, 1, 16 f., nicht genau sein. L. hat daher entweder *suis legibus*, was nur auf Latiner und Herniker sich bezog, auch auf die Colonisten übergetragen; oder die Colonien waren latinische, s. c. 12, 6, und standen in gleichem Verhältnisse zu Rom, wie die übrigen latin. Städte, was auch aus c. 21, 7: *ne — piacula irae Romanorum dederentur* hervorgeht, vgl. 8, 14, 7.

8. *ne nihil*, es sei zu fürchten, dass nicht, oder: sie möchten sich hüten die Erfahrung zu machen, dass nicht; vgl. Hom. Il. 1, 28: *μή νύ τοι οὐ χραίσμῃ σκῆπτρον.* Warum die strafbaren Bürger nicht zurückbehalten werden, geht aus der Darstellung nicht hervor, s. 3, 4, 5.

18—20. Anklage und Verurtheilung des M. Manlius.

1. *Recrudescente* etc. geht auf c. 17, 6 zurück, und wird § 2 weiter ausgeführt. Das Wort wird von wieder aufbrechenden Wunden gebraucht. — *Servius — Camillus*, c. 6, 3. *Sulpicius; Quinctius*, c. 4. Die Bemerkung, dass sie *ex patribus* gewählt seien setzt Anstrengungen der Plebejer zur Wahl zugelassen zu werden voraus.

3. *acrior*, 4, 9, 8. — *in prop. cert.*, um den Streit zu beginnen oder anzufachen, c. 19, 5. Andere ziehen *et Manlius* zum folgenden Satze und lesen *iam in prop.* oder *iam prop.* Die Situation wäre wie 2, 55, 8; ib. 29, 1; aber dann

cata domum plebe cum principibus novandarum rerum interdiu noctuque consilia agitat, plenior aliquanto animorum
4 irarumque quam antea fuerat. iram accenderat ignominia recens in animo ad contumeliam inexperto; spiritus dabat, quod nec ausus esset idem in se dictator, quod in Spurio Maelio Cincinnatus Quinctius fecisset, et vinculorum suorum invidiam non dictator modo abdicando dictaturam fugisset,
5 sed ne senatus quidem sustinere potuisset. his simul inflatus exacerbatusque iam per se accensos incitabat plebis animos: „quo usque tandem ignorabitis vires vestras, quas natura ne beluas quidem ignorare voluit? numerate saltem,
6 quot ipsi sitis, quot adversarios habeatis. si singuli singulos adgressuri essetis, tamen acrius crederem vos pro libertate quam illos pro dominatione certaturos. quot enim clientes circa singulos fuistis patronos, tot nunc adversus unum
7 hostem eritis. ostendite modo bellum: pacem habebitis. videant vos paratos ad vim: ius ipsi remittent. audendum est aliquid universis, aut omnia singulis patienda. quo usque
8 me circumspectabitis? ego quidem nulli vestrum deero: ne fortuna mea desit, videte. ipse vindex vester, ubi visum ini-

würde *prope aderat* oder nur *aderat* gesagt sein. — *advoc. pl.*, um sie durch Contionen aufzuregen, s. § 5; c. 14, 11; dann beginnen § 16, die geheimen Berathungen mit den principes.

4. *iram* wie von *irarum* verschieden? Die Anordnung ist chiastisch; auch § 5 schliesst sich *inflatus* wieder an *spiritus* an, *exacerbatus* an *ira*.

5. *quo usque* etc., schon ihre grosse Zahl muss ihnen den Sieg verschaffen.

6. *si sing.* etc. leitet eine Gradation ein: auch wenn euere Zahl nicht grösser wäre, würdet ihr wegen der Gerechtigkeit euerer Sache siegen, 3, 39, 7. Der Gedanke ist, wie die conditionale Form zeigt, negativ, und aus demselben das Gegentheil zu nehmen: aber das ist nicht nöthig, euere Zahl ist weit grösser, und dieses wird durch *quod enim* etc. begründet, vgl. 4, 2, 4. Zur Sache vgl. Hom. Il. 2, 123. — *clientes*, als ob alle Plebejer im Verhältnisse von Clienten zu den Patriciern ständen, und bei der Begrüssung und Begleitung gesehen hätten, wie gering die Anzahl derselben sei. Nur hier lässt L. die Behauptung ausprechen, dass alle Plebejer Clienten gewesen seien, an anderen Stellen, s. 2, 35, 4; ib. 56. 3; 3, 14 u. a., hat er richtiger die Clienten der alten Zeit von den Plebejern geschieden, s. Becker 2, 1, 162. — *tot*, aber als Feinde.

7. *habebitis*, 5, 51, 5. — *ius*, was sie als Recht in Anspruch nehmen, denn ein wirkliches Recht de. Patricier erkennt Manl. nicht an, — *aut*, „oder auch," fast = sonste stellt das Geringere, Unangenehmr dem Bedeutenderen entgegen.

8. *desit* ohne Object, so dass sowol *mihi* als *vobis* gedacht werden kann. — *nullus* in Bezug auf *nulli:* ich war nicht mehr da, es war aus mit mir, 3, 68, 11. —

micis est, nullus repente fui; et vidistis in vincula duci
universi eum, qui a singulis vobis vincula depuleram. quid 9
sperem, si plus in me audeant inimici? an exitum Cassi
Maelique exspectem? bene facitis quod abominamini: dii
prohibebunt haec. sed numquam propter me de caelo de-
scendent. vobis dent mentem oportet, ut prohibeatis, sicut
mihi dederunt armato togatoque, ut vos a barbaris hostibus,
a superbis defenderem civibus. tam parvus animus tanti 10
populi est, ut semper vobis auxilium adversus inimicos satis
sit, nec ullum, nisi quatenus imperari vobis sinatis, certamen
adversus patres noritis? nec hoc natura insitum vobis est,
sed usu possidemini. cur enim adversus externos tantum 11
animorum geritis, ut imperare illis aequum censeatis? quia
consuestis cum eis pro imperio certare, adversus hos temptare
magis quam tueri libertatem. tamen, qualescumque duces 12
habuistis, qualescumque ipsi fuistis, omnia adhuc, quanta-
cumque petistis, obtinuistis seu vi seu fortuna vestra. tem-
pus est etiam maiora conari. experimini modo et vestram 13

vidistis, ihr habt unthätig zugesehen, wie u. s. w., s. c. 14, 2. Durch Anapher und Chiasmus sind die Gegensätze gehoben.

9. *dii pr. h.* scheint wegen *haec*, sonst würde es *ista* heissen, zur Erwiederung des Man. zu gehören: die Götter werden dieses allerdings verhüten, aber ihr müsst gleichfalls thätig sein, die dargebotene Gelegenheit benutzen, die blosse abominatio ist ohne Erfolg, vgl. c. 30, 6; 9, 9, 6: *di meliora, inquis: atqui non indignitas vinculum levat;* Einleit. S. 16. — *dent m.*, 3, 7, 1. Der Nachdruck liegt auf *prohibeatis,* und *sed — descendent* ist nur Vorbereitung. — *armato* auf dem Capitole, 5, 47; *togato* auf dem forum c. 14.

10. *tanti* etc. L. denkt an die Grösse des Volkes in der späteren Zeit. Es soll sich nicht mehr mit dem *tribunicium auxilium* begnügen, sondern nach dem *imperium* streben, zu dem es durch seine Macht (*tanti*), seinen Charakter (*nec natura* etc.), seine Erfolge im Kampfe mit äusseren Feinden, § 11, und den Patriciern, § 12, endlich durch das Glück, § 13, berufen ist. — *satis sit,* genüge, Prädicat zu *auxilium* u. *tribunicium*, 1, 16, 8. — *inimicos*, sie heissen § 6: *hostes.* — *nisi quatenus* etc., nur über das Mass der Gewalt, welche die Tribunen in Schranken zu halten bestimmt waren, 2, 33, 1. Die Kämpfe um das Consulat, 4, 1 ff. u. a., sind hierbei nicht beachtet. — *noritis,* das habt ihr nicht versucht, daher § 13: *experimini.* — *usu*, durch lange Gewohnheit.

11. *pro imperio*, wenn sie nur wollten, könnten sie dieses auch im Kampfe mit den Patriciern erlangen. — *temptare,* sie machen nur schwache Versuche, s. 4, 5, 4, sich ihrer Herrschaft zu entziehen und die Freiheit sicher zu stellen (*tueri*).

12. *qualescumque*, untergeordnete, nur Plebejer ohne Macht und Einfluss, vgl. § 2: *tam potentem.* — *omnia*, mit Ausnahme des Consulates.

13. *experimini* — *expertum,* 5,

felicitatem et me, ut spero, feliciter expertum: minore negotio qui imperet patribus inponetis, quam qui resisterent
14 imperantibus inposuistis. solo aequandae sunt dictaturae consulatusque, ut caput attollere Romana plebes possit. proinde adeste, prohibete ius de pecuniis dici. ego me patronum profiteor plebis, quod mihi cura mea et fides nomen
15 induit: vos si quo insigni magis imperii honorisve nomine vestrum appellabitis ducem, eo utemini potentiore ad obti-
16 nenda ea quae vultis.“ inde de regno agendi ortum initium dicitur, sed nec cum quibus nec quem ad finem consilia pervenerint, satis planum traditur.

19 At in parte altera senatus de secessione in domum privatam plebis, forte etiam in arce positam, et inminenti mole
2 libertatis agitat. magna pars vociferantur Servilio Ahala opus esse, qui non in vincla duci iubendo inritet publicum ho-

54, 6. — *feliciter*, zu euerem Glücke. — *inponetis*, das Object ist aus *patribus* zu nehmen. — *qui imper.*, die höchste Machtvollkommenheit soll von dem Senate und den Patriciern auf die Plebs übergehen, und diese sie ihrem Führer § 15 übertragen. — *qui resist.*, die Tribunen.

14. *dictaturae c.*, als Eigenthum der Patricier und das Mittel derselben die Plebs niederzuhalten. Die spätere Theilnahme der Plebs an diesen Aemtern ist nicht beachtet, weil zu L's Zeit durch die Nobilität die Plebs, an welche er denkt, aus denselben verdrängt war. — *adeste*, an den Gerichtstagen auf dem Comitium; 2, 56, 9. — *prohibete*, die Empörung soll mit dem beginnen, was für die Plebs am drückendsten war. — *patronum* ist durch *cura* und *fides* erklärt, Becker 2, 1, 128.

15. *si quo*, es soll der Plebs überlassen bleiben, ob sie einen andern und welchen Amtsnamen sie ihm geben will, sonst wäre *si* nicht nöthig. Dass dabei an das *regnum* gedacht ist, zeigt das Folgende.

16. *initium or.*, praef. 12. — *pervenerint* kann nur zu *quem ad fin.* gehören; zu *cum quibus* ist was zu wiederholen? — *satis p. t.*, s. c. 20, 4. L. hat also die Annalen nicht gekannt, nach denen Cassius Dio frag. 31 meldet, dass Manlius das Capitolium besetzt habe, obgleich § 3 und c. 19, 1 darauf hindeutet.

19. 1. *secessione*, wie sonst auf den heil. Berg, so jetzt in ein Privathaus, das sich L. sehr umfangreich denkt, 5, 32, 8. — *forte* etc., ein Zusatz L's. Wie gefährlich die Besetzung des Capit. war zeigt 3, 15 ff., vgl. 2, 7. — *mole — libertatis* wäre die Wucht, drohende Macht der libertas, indem die Plebs unter einem solchen Führer sich gänzlich von dem imperium der Patricier losreissen, alle Schranken durchbrechen würde, c. 18, 14; vgl. 5, 12, 7. Da jedoch so eben von dem *regnum* die Rede war, und der Senat, s. § 7, dieses fürchtet, so ist vielleicht die frühere, auf Conjectur beruhende Lesart *libertati* vorzuziehen, s. 2, 7: *non obstabunt P. Valerii aedes libertati.*

2. *vociferantur* und § 7: *viderint* wegen der Collectiva. *Servilio*, 4, 13.

stem, sed unius iactura civis finiat intestinum bellum.
decurritur ad leniorem verbis sententiam vim tamen eandem 3
habentem, ut videant magistratus, ne quid ex perniciosis
consiliis M. Manli res publica detrimenti capiat. tum tri- 4
buni consulari potestate tribunique plebi — nam [et] quia
eundem et suae potestatis quem libertatis omnium finem cer-
nebant, patrum auctoritati se dediderant — ii tum omnes
quid opus facto sit, consultant. cum praeter vim et caedem 5
nihil cuiquam occurreret, eam autem ingentis dimicationis
fore appareret, tum M. Menenius et Q. Publilius tribuni ple-
bis: „quid patrum et plebis certamen facimus, quod civita- 6
tis esse adversus unum pestiferum civem debet? quid cum
plebe adgredimur eum, quem per ipsam plebem tutius ad-
gredi est, ut suis ipse oneratus viribus ruat? diem dicere 7
ei nobis in animo est. nihil minus populare quam regnum
est. simul multitudo illa non secum certari viderint, et ex
advocatis iudices facti erunt, et accusatores de plebe patri-
cium reum intuebuntur et regni crimen in medio; nulli ma-
gis quam libertati favebunt suae.“ Adprobantibus cunctis **20**
diem Manlio dicunt. quod ubi est factum, primo commota
plebs est, utique postquam sordidatum reum viderunt, nec 2
cum eo non modo patrum quemquam sed ne cognatos qui-
dem aut adfines, postremo ne fratres quidem Aulum et Ti-

3. *vim*, 3, 40, 7. — *ut videant* etc., 3, 4, 9.

4. *nam* [*et*], da ein anderer Grund, wie es *et* erwarten lässt, nicht folgt, so ist entweder dieses zu entfernen oder *et hi quia* zu lesen. — *suae* etc., wenn nach dem Plane des Manlius das regnum einträte. — *auctoritati*, 3, 21, 1.

5. *ingentis* etc., der offene Widerstand werde zu den heftigsten Kämpfen führen, s. 4, 13, 4. — *Menenius*, 2, 32, 8.

6. *quod — debet*, in einem iudicium publicum trat das ganze Volk dem Angeklagten als einem Feinde, *perduellis*, entgegen. — *cum pl.*, ihn in Verbindung mit der Plebs.

7. *simul mult.*, 3, 19, 7. — *advocatis*, c. 15, 2. — *accusatores — reum*, das Asyndeton und der Chiasmus deuten den Gegensatz an. — *in medio*, als beiden Ständen drohend, c. 6, 18. — *nulli*, keinem Menschen mehr; selbst dem gefeiertsten Manne werden sie die Freiheit vorziehen. Der substantivische Gebrauch des Dativs von *nullus* ist bei L. und Caesar gewöhnlich; Cicero hat fast immer *nemini*, vgl. 4, 11, 4.

20. 1. *Adprobantibus c.*, unter Zustimmung und im Auftrage des Senates klagen sie Manlius vor den Centuriatcomitien, § 10, der *perduellio*, § 4: *regni crimen*; § 5: *cupiditas regni*, an, s. 26, 3, 9; Cic. Phil. 2, 44, 114; Marquardt 2, 3, 153. — *utique — nec*, beide Sätze enthalten zusammen genommen den Grund des Unwillens: zumal als sie sahen, dass den M., obgleich er selbst in Trauerkleidern war, doch Niemand begleitete.

2. *nec — non modo — quemquam*, 4, 21, 6 — *postremo*, das

tum Manlios; quod ad eum diem numquam usu venisset, ut
3 in tanto discrimine non et proximi vestem mutarent. Ap.
Claudio in vincula ducto C. Claudium inimicum Claudiamque
omnem gentem sordidatam fuisse. consensu opprimi popularem virum, quod primus a patribus ad plebem defecisset.
4 cum dies venit, quae praeter coetus multitudinis seditiosasque voces et largitionem et fallax indicium pertinentia proprie ad regni crimen ab accusatoribus obiecta sint reo, apud
5 neminem auctorem invenio: nec dubito haud parva fuisse,
11—12. Fünfte Stufe. *lege h. f.*, dass planmässige Dramen in der bezeichneten Weise kunstgemäss dargestellt wurden. Da hierzu grössere Uebung erfordert wurde, und das ältere nationale Drama verdrängt zu werden schien (*a risu — avocabatur*), so machen junge Römer, wie gegen das etruskische Spiel § 5, auch jetzt gegen das Fremde Opposition, und erhalten neben der kunstreichen die ursprüngliche Form des Drama. — *fabellarum actu*, die gesammte Darstellung der eigentlichen Theaterstücke, Comödien wie Tragödien. — *ridicula*, wie § 5 *iocularia*, § 7 *Fescennino versu*. — *exodia*, Nachspiele, die sich an andere, hier an die nach griechischer Art verfassten, anschlossen. Dass die letzteren vorausgegangen sein mussten, wird theils durch *actu relicto* angedeutet, theils liegt es in dem Worte *exodia* selbst, da dieser Name der *ridicula* (auf diese bezieht sich *quae*), die schon so lange bestanden hatten, erst durch die neue Bestimmung derselben veranlasst wurde. — *postea*, wahrscheinlich schon zu Lebzeiten des Livius Andronicus. — *consertaque*, die lustigen Schwänke wurden in die Atellanen verwebt, in dieselben aufgenommen, und dieses war der Grund, dass junge Römer, nicht Histrionen, diese aufführten. Da L. diesen gerade hervorheben will, scheint eine andere Lesart *conservataque* weniger richtig. — *potissimum*, praef. 7, gerade, mit Ausschluss anderer Spiele. — *fabellis — Atellanis*, Diomed. p. 487: *tertia species est fabularum latinarum, quae a civitate Atella* (in Campanien), *in qua primum coeptae, Atellanae dictae sunt, argumentis dictisque iocularibus similes Satyricis fabulis Graecis*, also eine burleske Volkscomödie, wie sie sich besonders in dem reichen und üppigen Campanien gebildet hatte, mit der sich der Aehnlichkeit des Inhaltes und Charakters wegen die Spiele der Römer leicht verbinden konnten. Von diesen war sie jedoch dadurch verschieden, dass sie mehr Zusammenhang hatte, daher *fabellae*, und stehende Charaktermasken (Maccus, Pappus, Bucco, Dossenus) besass, so dass die Römer, während sie ihre Spiele in eigener Person aufgeführt hatten, in den Atellanen, mit denen sie dieselben verbanden, in Masken auftraten. Die so verknüpften Stücke wurden nun *exodia*, daher Suet. Tib. 45: *in Atellanico exodio*; Iuven. Sat. 6, 71: *exodio—Atellanae*, obgleich nicht alle Atellanen, namentlich die später schriftlich und künstlicher bearbeiteten, *exodia* genannt sein mögen, sondern auch selbständig aufgeführt werden konnten. Uebrigens ist es kaum glaublich, dass die Römer erst nach Livius Andronicus das Campanische Spiel kennen gelernt und aufgenommen haben, da der bald nachher ausbrechende Hannibalische Krieg und der Abfall Capuas dieses eher hätten verhindern müssen; vielmehr

12 tissimum Atellanis sunt. quod genus ludorum ab Oscis ac-
ceptum tenuit iuventus nec ab histrionibus pollui passa est.
eo institutum manet, ut actores Atellanarum nec tribu mo-
veantur et stipendia, tamquam expertes artis ludicrae, faciant.
13 inter aliarum parva principia rerum ludorum quoque prima
origo ponenda visa est, ut appareret, quam ab sano initio res
in hanc vix opulentis regnis tolerabilem insaniam venerit.

3 Nec tamen ludorum primum initium procurandis reli-
gionibus datum aut religione animos aut corpora morbis le-
2 vavit: quin etiam, cum medios forte ludos circus Tiberi su-
perfuso inrigatus inpedisset, id vero velut aversis iam diis
aspernantibusque placamina irae terrorem ingentem fecit.
3 itaque C. Genucio L. Aemilio Mamerco iterum consulibus
cum piaculorum magis conquisitio animos quam corpora
morbi adficerent, repetitum ex seniorum memoria dicitur,
4 pestilentiam quondam clavo ab dictatore fixo sedatam. ea re-
ligione adductus senatus dictatorem clavi figendi causa dici
iussit. dictus L. Manlius Imperiosus L. Pinarium magistrum
5 equitum dixit. lex vetusta est, priscis litteris verbisque scri-

mag die enge Verbindung der Campaner mit Rom, s. c. 30; 8, 14, die Verwandtschaft der Sprache und der Völker die Aufnahme desselben schon früher vermittelt haben. — *ab Oscis*, die Bewohner Campaniens (auch die Samniten hatten die Oskische Sprache angenommen), daher *ludicrum Oscum;* doch wurde in Rom nicht die Oskische Sprache, sondern nur die äussere Form der Spiele beibehalten. — *ab histrionibus*, die wegen ihrer schlechten Sitten verachtet waren, und desshalb, wenn sie röm. Bürger waren, in die niedrigste Classe, der Aerarier, versetzt wurden (*tribu mov.*), s. 4, 24, 7. — *eo* etc. Die Atellanen galten als nationales Lustspiel, durch dessen Aufführung die Ehre des Bürgers nicht verletzt wurde. — *actores*, hier im Gegensatz zu den eigentlichen Schauspielern, den *histriones.* — *et stipendia* etc. Val. Max.: *quod genus* (*actores Atellanarum*) — *vacuum nota est,* — *neque a militaribus stipendiis repellitur.* In den Worten des L. kann jedoch auch nur liegen, dass ihr Kriegsdienst weniger ehrenvoll war, als der der Vollbürger.

13. *ponere*, 23, 6, 8: *ponere pro certo.* — *hanc*, praef. 4. — *vix opul. r. t.* etc., schon gegen das Ende der Republik wurden die scenischen Spiele mit aller ersinnlichen Pracht und kostspieligen Vorrichtungen für den Genuss und die Bequemlichkeit der Zuschauer aufgeführt, so dass selbst reiche Staaten, wie Rom, kaum den Aufwand zu tragen vermochten.

3. 3. *Genucio*, nach den Fast. Cap. und Diod. 16, 2: *Cn. Genucius* (*Aventinensis*). *Mamerco*, c. 1. — *magis*, über die Stellung s. c. 2, 7: *temere.* — *clavo — fixo* etc., dieselbe Ceremonie wird auch bei anderen bedeutenden Störungen des regelmässigen Lebens ausgeführt, s. § 8.

5. *lex v. e.*, der Zusatz: *priscis — scripta* deutet an, dass L. das Gesetz als noch existirend bezeichnen, nicht blos sagen will, dass es

pta, ut qui praetor maximus sit idibus Septembribus clavum pangat. fixa fuit dextro lateri aedis Iovis optimi maximi, ex qua parte Minervae templum est. eum clavum, quia rarae 6
per ea tempora litterae erant, notam numeri annorum fuisse 7
ferunt, eoque Minervae templo dicatam legem, quia numerus Minervae inventum sit. Vulsiniis quoque clavos indices numeri annorum fixos in templo Nortiae Etruscae deae conparere diligens talium monumentorum auctor Cincius adfirmat.
Horatius consul ex lege templum Iovis optimi maximi dedi- 8
cavit anno post reges exactos; a consulibus postea ad dictatores, quia maius imperium erat, sollemne clavi figendi translatum est. intermisso deinde more digna etiam per se visa

vor Alters verordnet sei, vgl. Cic. Planc. 2, 5, obgleich es dann auffällt, dass nur angegeben wird, wo dasselbe aufgehängt gewesen (*fixa fuit*), nicht wo es zu L's Zeit sei. Vielleicht hat er daher geschrieben: *lex vetusta, priscis — pangat, fixa.* — *praetor m.*, Fest. p. 160: *maximum praetorem dici putant alii eum qui maximi imperii sit, alii eum qui aetatis maximae. pro collegio augurum decretum est — non ad aetatem sed ad vim imperii pertinere.* Wenn sich der Ausdruck auf die Consuln bezog, so konnte nur der gemeint sein, der die fasces hatte, doch scheint das Gesetz nur einen praetor (einen Dictator) vorauszusetzen. — *lateri*, auffallender Gebrauch des Dativ, der wol als Locativ, 1, 26, 6, oder als eine andere Form des Ablat. zu nehmen ist; vgl. C. Phil. 5, 4, 12: *earum rerum falsae tabulae — toto Capitolio figebantur*, Marquardt 2, 3, 112. — *templum*, die Celle der Minerva, s. 6, 4, 3.

6. *rarae*, s. 6, 1, 2.

7. *notam num.*, s. Paul. Diac. p. 56: *clavus annalis appellabatur, qui figebatur in parietibus sacrarum aedium per annos singulos, ut per eos numerus colligeretur annorum.* Nach Nieb. R. G. 1, 295; 311 war der Zweck der Nägel neben den Magistratsjahren die cyklischen zu bezeichnen, und dadurch eine feste Zeitrechnung zu erhalten. — *dicatam*, nicht wesentlich von *fixam* verschieden, doch mit der Andeutung, dass es zur Ehre der Göttin geschehen sei. Es ist nicht unwahrscheinlich, dass mit den Iden des September, s. § 5 u. 7, das erste Consularjahr und zugleich das erste der Aera nach Vertreibung der Könige begonnen habe, s. Nieb. R. G. 1, 292; Becker 2, 2, 95. — *inventum*, als der Urheberin und Schützerin von Zahl, Gesetz und Ordnung, da *num-erus* und *νόμος* gleichen Ursprungs sind. — *Nortiae*, der tuskische Name der Fortuna. — *Cincius*, ein Alterthumsforscher zur Zeit Ciceros, nicht der Annalist *L. Cincius Alimentus*, 21, 38.

8. *Horatius*, s. 2, 8. — *ex lege — dedicavit*, die Stelle scheint lükkenhaft, da nach dem Zusammenhange gesagt sein müsste, dass Horatius zuerst den Nagel eingeschlagen habe, entweder als er den Tempel weihte, oder er, der den Tempel weihte (*ex lege primum fixit clavum, is qui — dedicavit*, Stroth), oder L. hat sich sehr dunkel ausgedrückt. Die *lex* ist die § 5 genannte, daher wol *ea* oder *ex ea* zu lesen. — *clavi fig.*, s. 8, 18; 9, 34, 12; Becker 2, 2, 175. — *intermisso* etc., die regelmässige Einschlagung des Nagels zur

9 res, propter quam dictator crearetur. qua de causa creatus L. Manlius, perinde ac rei publicae gerendae ac non solvendae religione gratia creatus esset, bellum Hernicum adfectans dilectu acerbo iuventutem agitavit, tandemque omnibus in eum tribunis plebis coortis, seu vi seu verecundia victus, dictatura abiit.

4 Neque eo minus principio insequentis anni Q. Servilio Ahala L. Genucio consulibus dies Manlio dicitur a M. Pom-
2 ponio tribuno plebis. acerbitas in dilectu non damno modo civium sed etiam laceratione corporum lata, partim virgis caesis qui ad nomina non respondissent, partim in vincula
3 ductis, invisa erat; et ante omnia invisum ipsum ingenium atrox cognomenque Imperiosi grave liberae civitati ab ostentatione saevitiae adscitum, quam non magis in alienis quam
4 in proximis ac sanguine ipso suo exerceret. criminique ei tribunus inter cetera dabat, quod filium iuvenem, nullius probri conpertum, extorrem urbe domo penatibus, foro luce congressu aequalium prohibitum, in opus servile, prope in
5 carcerem atque in ergastulum dederit, ubi summo loco natus dictatorius iuvenis cotidiana miseria disceret vere imperioso patre se natum esse. at quam ob noxiam? quia in-
6 facundior sit et lingua inpromptus. quod naturae damnum

Bezeichnung der Jahre; jetzt wird sie zu einem anderen Zwecke vorgenommen.

9. *rei p. g.*, zur Führung eines Krieges, s. 2, 64, 5; 4, 24, 4; 8, 31, 2 u. a., statt des gewöhnlich vom Dictator gebrauchten *rei gerendae causa* gesagt, weil nicht die genauere Bezeichnung des Dictators gegeben und *rei publicae* auch zu *solvendae* gezogen werden soll, s. 40, 44, 8: *liberare et se et rem publicam religione votis solvendis dixit velle,* s. 5, 25, 4 u. a. Die *religio* ist die unterlassene religiöse Verpflichtung den Nagel einzuschlagen, die es jetzt auch in dem § 3 bezeichneten Sinne war. — *adfectans,* er suchte ihn ohne genügenden Grund. — *victus*, s. 6, 38, 13; 8, 34, 1. Die Tribunen dürfen sich ihm widersetzen, da er offenbar den ihm gewordenen Auftrag überschreiten will, s. Becker 2, 2, 171.

4—5. Anklage des L. Manlius. Cic. Off. 3, 31. Val. Max. 5, 4, 3.

1. *Servilio, Genucio,* c. 1.

2. *acerbitas* etc., einen anderen Grund giebt Cicero an. — *damno,* Abl. des Umstandes: unter. Zur Sache s. 4, 53, 7. — *lata = perlata, tolerata.*

3. *Imperiosi — adscitum*, s. 4, 29. — *ipso*, s. 2, 9, 5.

4. *luce*, das öffentliche Leben in der Stadt im Gegensatz zu *latebrae.* Zur Sache Cic. Sex. Rosc. 15; 17. — *opus servile* etc., rhetorische Bezeichnung von *vita agresti,* § 7; c. 5, 9. — *ergastulum*, 2, 23, 6.

5. *noxiam*, Schuld, 3, 42, 2. — *infacundior*, vgl. 36, 17, 3: *inexsuperabilior;* 33, 23, 8: *inhonoratior* u. a.

utrum nutriendum patri, si quidquam in eo humani esset, an castigandum ac vexatione insigne faciendum fuisse? ne mutas quidem bestias minus alere ac fovere, si quid ex progenie sua parum prosperum sit. at hercule L. Manlium ma- 7
lum malo augere filii et tarditatem ingenii insuper premere, et si quid in eo exiguum naturalis vigoris sit, id extinguere vita agresti et rustico cultu inter pecudes habendo. Omnium 5
potius his criminationibus quam ipsius iuvenis inritatus est animus: quin contra se quoque parenti causam invidiae atque criminum esse aegre passus, ut omnes dii hominesque 2
scirent se parenti opem latam quam inimicis eius malle, capit consilium rudis quidem atque agrestis animi, et quamquam non civilis exempli, tamen pietate laudabile. inscien- 3
tibus cunctis cultro succinctus mane in urbem atque a porta domum confestim ad M. Pomponium tribunum pergit, ianitori opus esse sibi domino eius convento extemplo ait: nuntiaret Titum Manlium L. filium esse. mox introductus — 4
etenim percitum ira in patrem spes erat aut criminis aliquid novi aut consilii ad rem agendam deferre — salute accepta redditaque esse ait, quae cum eo agere arbitris remotis velit. procul inde omnibus abire iussis cultrum stringit, et super 5
lectum stans ferro intento, nisi in quae ipse concepisset verba iuraret, se patris eius accusandi causa concilium plebis numquam habiturum, se eum extemplo transfixurum minatur. pavidus tribunus, quippe qui ferrum ante oculos mi- 6
care, se solum inermem, illum praevalidum iuvenem et, quod haud minus timendum erat, stolide ferocem viribus suis cerneret, adiurat in quae adactus est verba; et prae se deinde tulit ea vi subactum se incepto destitisse. nec perinde ut 7

6. *nutriendum*, der Vater hätte sorgsame Pflege anwenden müssen um den Fehler zu beseitigen, nicht aber u. s. w., vgl. 4, 52, 3.

7. *agresti*, bäurisch, c. 5, 2: *agrestis animi*. *rustico*, ländlich. — *habendo*, 1, 56, 2.

5. 2. *dii hom.*, 2, 5, 7. — *civilis*, 6, 40, 5.

3. *domum — ad M. Pomp.;* Cicero: *Pomponii domum*, s. 5, 47, 7. — *convento*, Zumpt § 464.

4. *criminis*, einen neuen Anklagepunkt.

5. *in quae = in (ea) verba, quae*, wie § 6: *adiurat in (ea, in) quae adactus est (iurare)*. Der welcher den Eid abnahm, sagte die Eidesformel vor (*praeire verba*). — *concil. pl.*, 6, 20, 11; Becker 2, 1, 359.

6. *prae se tul.*, er erklärte öffentlich. — *destitisse*, 4, 42, 8.

7. *nec perinde ut*, nicht in gleicher Weise wie, d. h. obgleich unter anderen Verhältnissen, wenn der Zwischenfall nicht eingetreten wäre, das Volk ihn lieber hätte verurtheilen als freigeben wollen. —

maluisset plebes sibi suffragii ferendi de tam crudeli et superbo reo potestatem fieri, ita aegre habuit filium id pro parente ausum. eoque id laudabilius erat, quod animum
8 eius tanta acerbitas patria nihil a pietate avertisset. itaque non patri modo remissa causae dictio est, sed ipsi etiam
9 adulescenti ea res honori fuit, et cum eo anno primum placuisset tribunos militum ad legiones suffragio fieri — nam et antea, sicut nunc quos Rufulos vocant, imperatores ipsi faciebant —, secundum in sex locis tenuit nullis domi militiaeque ad conciliandam gratiam meritis, ut qui rure et procul coetu hominum iuventam egisset.

6 Eodem anno seu motu terrae seu qua vi alia forum medium ferme specu vasto conlapsum in inmensam altitudi-
2 nem dicitur; neque eam voraginem coniectu terrae, cum pro se quisque gereret, explere potuisse prius quam deum monitu quaeri coeptum, quo plurimum populus Romanus posset:
3 id enim illi loco dicandum vates canebant, si rem publicam

aegre h., Sall. C. 51, 11: *multi eas* (*iniurias*) *gravius aequo habuere;* Tac. Ann. 4, 21: *quae — civiliter habuit.*

8. *remissa* etc., ein anderer Tribun hätte die Klage aufnehmen können, aber die Stimmung des Volkes war dagegen.

9. *ad legiones* von *fieri* abhängig, 34, 6, 13: *servos ad remum — dabamus;* 22, 19, 4. Zur Sache vgl. Ascon. zu Cic. Verr. I, § 30: *tribunorum militarium duo genera: primum eorum, qui Rufuli* (nach *Rutilius Rufus*, der ein Gesetz zu ihren Gunsten in Vorschlag gebracht hatte) *dicuntur: hi in exercitu creari solent; alii sunt comitiati, qui Romae comitiis designantur.* Sie galten als Magistrate, s. c. 32, 16; 40, 9. Ihre Anstellung war von den Königen auf die Consuln übergegangen, jetzt zieht das Volk die Wahl eines Theiles derselben an sich. Dass sie in Tributcomitien gewählt wurden, geht a. u. St. aus dem Zusammenhange hervor, vgl. Sall. I. 63; Marquardt 2, 3, 165; 3, 2, 276 f. — *in sex locis.* Später wenigstens hatte jede Legion 6 Tribunen, welche dieselbe abwechselnd commandirten und vertraten, s. Auctor. incertus magistr. expos.: *tribuni militum exercitus patroni erant, quales tribuni plebis in urbe pro plebe.* Von den 24 Trib. für die 4 gewöhnlich ausgehobenen Legionen wählt jetzt das Volk nur sechs, s. 9, 30.

6, 1—7. M. Curtius; Varro L. L. 5, 148 ff. Dion. 14, 20.

1. *seu — alia,* nur Vermuthungen L's, s. Zonar. 7, 25: *διαστῆναι τὸ πεδίον λέγεται τὸ μεταξὺ τοῦ Παλατίου καὶ τοῦ Καπιτωλίου ἐξάπινα μήτε σεισμοῦ προηγησαμένου, μήτ' ἄλλου τινὸς οἷα συμβαίνειν εἴωθε φυσικοῖς ἐπὶ τοιούτοις παθήμασι;* Klausen Aeneas S. 738 ff.

2. *gereret* u. *terram.* — *explere*, das Subject ist in *pro se quisque* angedeutet. — *deum monitu;* Dion.: *οἱ ἐπὶ τῶν Σιβυλλείων χρησμῶν ἐπισκεψάμενοι τὰ βιβλία εἶπον, ὅτι τὰ πλείστου ἄξια τῷ Ῥωμαίων δήμῳ λαβοῦσα ἡ γῆ συνελεύσεται.*

3. *vates*, Varro l. l.: *relatum in eo loco dehisse terram, id ex*

Romanam perpetuam esse vellent. tum M. Curtium, iuvenem
bello egregium, castigasse ferunt dubitantes, an ullum magis
Romanum bonum quam arma virtusque esset? silentio facto 4
templa deorum inmortalium, quae foro inminent, Capitolium-
que intuentem et manus nunc in caelum nunc in patentes
terrae hiatus ad deos manes porrigentem se devovisse;
equoque deinde quam poterat maxime exornato insidentem 5
armatum se in specum inmisisse; donaque ac fruges super
eum a multitudine virorum ac mulierum congestas, lacumque
Curtium non ab antiquo illo Titi Tati milite Curtio Mettio
sed ab hoc appellatum. cura non deesset, si qua ad verum 6
via inquirentem ferret; nunc fama rerum standum est, ubi
certam derogat vetustas fidem: et lacus nomen ab hac re-
centiore insignitius fabula est.

Post tanti prodigii procurationem eodem anno de Her- 7
nicis consultus senatus cum fetiales ad res repetendas ne-
quiquam misisset, primo quoque die ferendum ad populum
de bello indicendo Hernicis censuit, populusque id bellum
frequens iussit. L. Genucio consuli ea provincia sorte eve- 8
nit. in expectatione civitas erat, quod primus ille de plebe
consul bellum suis auspiciis gesturus esset, perinde ut eve-
nisset res, ita communicatos honores pro bene aut secus
consulto habitura. forte ita tulit casus, ut Genucius ad ho- 9

S. Con. ad aruspices relatum esse: responsum deum Manium postilionem postulare id, civem fortissimum eo demitti. L. hat die mehr dichterische Erzählung gewählt. — *dubitantes*, nicht als ob sie Zweifel ausgesprochen hätten, sondern Curtius schloss dieses aus der Ungewissheit (*quaeri coeptum*) über das *quo plurimum p. R. posset.* — *an ullum* ist nicht das Object von *dubitantes*, s. Zumpt § 354, sondern enthält das was Curtius den Römern tadelnd vorwirft (*increpasse*), indem er fragt, ob wol u. s. w.

4. *templa* etc., s. 2, 49, 7. — *ad deos m.*, eine Andeutung, dass er sich den Manen geweiht habe, s. d. Stelle zu § 3; 8, 9, 6.

5. *non ab a.* etc., s. 1, 12, die natürliche Erklärung s. Varro l. l.: *eum locum fulguritum et ex SC. septum esse, id quod factum esset a Curtio consule, quoi M. Genucius fuit collega*, s. 4, 1, hat L. übergangen.

6. *cura* n. *inquirendi.* — *fama st. e.*, man muss sich an die Sage halten, bei derselben stehen bleiben, 4, 23, 3.

6, 7—**9**, 1. Krieg mit den Hernikern.

7. *primo q. t.*, 4, 58, 8.

8. *suis ausp.*, nicht den rechtmässigen, patricischen, s. § 10; 4, 6, 2. — *perinde ut*, c. 5, 7. — *pro — consulto*, wie *pro certo* u. a., 1, 40, 2: *pro indignissimo.*

9. *forte — casu*, vgl. 1, 4, 4. — *praecipitaretur*, wie 25, 16, 15: *Gracchus — in insidias praecipitatus;* 38, 2, 14: *multi in derupta praecipitati;* gewöhnlich ist

stes magno conatu profectus in insidias praecipitaretur; legionibus necopinato pavore fusis consul circumventus ab
10 insciis quem interfecissent occideret. quod ubi est Romam nuntiatum, nequaquam tantum publica calamitate maesti patres quantum feroces infelici consulis plebei ductu fremunt omnibus locis, irent, crearent consules ex plebe, transfer-
11 rent auspicia quo nefas esset. potuisse patres plebi scito pelli honoribus suis: num etiam in deos inmortales inauspicatam legem valuisse? vindicasse ipsos suum numen, sua auspicia, quae ut primum contacta sint ab eo a quo nec ius nec fas fuerit, deletum cum duce exercitum documento fuisse, ne deinde turbato gentium iure comitia haberentur.
12 his vocibus curia et forum personat. Ap. Claudium, quia dissuaserat legem, maiore nunc auctoritate eventum reprehensi ab se consilii incusantem, dictatorem consensu patriciorum Servilius consul dicit, dilectusque et iustitium indictum.

7 Priusquam dictator legionesque novae in Hernicos venirent, ductu C. Sulpici legati res per occasionem gesta egre-
2 gie est. in Hernicos, morte consulis contemptim ad castra Romana cum haud dubia expugnandi spe succedentes, hortante legato et plenis irae atque indignitatis militum animis eruptio est facta. multum ab spe adeundi valli res Hernicis
3 afuit: adeo turbatis inde ordinibus abscessere. dictatoris deinde adventu novus veteri exercitus iungitur et copiae duplicantur; et pro contione dictator laudibus legati militum-

praecipitare, 6, 30, 4. — *quem interfec.*, kurz ausgedrückt statt: *circumventus occideret* (*ab hostibus*) *qui interfecto consule nesciebant*, *quem interfecissent*. — *ab insciis* kann sowol zu *circumventus* als zu *occideret* gezogen werden, Cic. Offic. 2, 7: *Phalaris non a paucis interiit.*

10. *patres*, die strengen Aristokraten. — *irent, cr.*, 10, 4, 10: *ite, dicite* u. a. *plebi scito*, 6, 42, 9.

11. *inauspicatam*, da die Tributcomitien nicht von patricischen Magistraten, welche allein die Auspicien haben, gehalten werden. — *gentium i.*, 4, 1, 2.

12. *forum*, Aeusserungen vor dem Volke. — *Claudium*, 6, 38. L. scheint ihn für den 4, 48, 5 ff. erwähnten zu halten, s. Becker 2, 2, 155. — *nunc* (wie das praesens hist. statt des gewöhnlichen *tum*) n. *quam ante*. — *dictatorem*, die Ernennung des mag. equitum ist übergangen. — *consensu p.*, die Patricier waren mit der Wahl des strengen Aristokraten zufrieden, s. 4, 51, 3; nach Nieb. R. G. 1, 628 bezeichnet es die Wahl durch die Curien.

7. 1. *per occas.*, vgl. 5, 29, 9; 4, 32, 10.

2. *contemptim*, 6, 38, 8. — *res H. a.*, 2, 49, 10; eine ungewöhnliche Construction statt *tantum afuit ut — ut*, vgl. 6, 32, 1.

3. *duplicantur*, so dass 4 Legionen werden. — *audientibus* ist wegen *meritas* und des Gegensatzes

que, quorum virtute castra defensa erant, simul audientibus
laudes meritas tollit animos, simul ceteros ad aemulandas
virtutes acuit. neque segnius ad hostes bellum apparatur, 4
qui et parti ante decoris memores neque ignari auctarum
virium hostis suas quoque vires augent. omne Hernicum
nomen, omnis militaris aetas excitur: quadringenariae octo
cohortes, lecta robora virorum, scribuntur. hunc eximium 5
florem iuventutis eo etiam, quod ut duplex acciperent sti-
pendium decreverant, spei animorumque inplevere. inmunes
quoque operum militarium erant, ut in unum pugnae labo-
rem reservati plus sibi quam pro virili parte adnitendum
scirent. extra ordinem etiam in acie locati, quo conspectior 6
virtus esset. duum milium planities castra Romana ab Her-
nicis dirimebat: ibi pari ferme utrimque spatio in medio
pugnatum est. primo stetit ambigua spe pugna nequiquam 7
saepe conatis equitibus Romanis impetu turbare hostium aciem.
postquam equestris pugna effectu quam conatibus vanior erat, 8
consulto prius dictatore equites permissu deinde eius relictis
equis clamore ingenti provolant ante signa et novam inte-
grant pugnam. neque sustineri poterant, ni extraordinariae 9
cohortes pari corporum animorumque robore se obiecissent.
Tunc inter primores duorum populorum res geritur. quid- 8
quid hinc aut illinc communis Mars belli aufert, multiplex
quam pro numero damnum est. vulgus aliud armatorum
velut delegata primoribus pugna eventum suum in virtute
aliena ponit. multi utrimque cadunt, plures vulnera acci-
piunt. tandem equites alius alium increpantes, quid deinde 2
restaret, quaerendo, si neque ex equis pepulissent hostem

von *ceteros* auf das frühere Heer zu beziehen, auf das jedoch schon *legati militumque* hinweist.

4. *ad* im Sinne des gewöhnlichen *apud* ist bei L. nicht selten. — *quadringen. coh.*, wie später die Bundesgenossencontingente der Römer bezeichnet werden; Marquardt 3, 2, 303.

5. *inmunes* etc., Lager- und Schanzarbeiten, wie später die Veteranen, s. Tac. Ann. 1, 36: *exauctorari — ac retineri sub vexillo ceterorum immunes, nisi propulsandi hostis.*

8. *permissu d.*, lässt ein längeres Zögern des Dictators annehmen.

9. *sustineri p. n.*, 3, 5, 8.

8. 1. *primores*, auch die Herniker sind *lecta robora virorum.* — *belli*, da dieses immer mittelbar oder unmittelbar, wie 42, 14, 4, mit *Mars communis* verbunden wird, ist das handschriftliche *bello* schwerlich zu billigen. — *multiplex*, 2, 64, 4. Zur Sache 21, 59, 9: *maior Romanis quam pro numero iactura fuit, quia equestris ordinis aliquot — sunt interfecti*; 9, 38, 8, wo *equites equo publico* gemeint sind.

neque pedites quicquam momenti facerent? quam tertiam
exspectarent pugnam? quid ante signa feroces prosiluissent
3 et alieno pugnarent loco? — his inter se vocibus concitati
clamore renovato inferunt pedem, et primum gradu move-
runt hostem, deinde pepulerunt, postremo iam haud dubie
4 avertunt: neque tam vires pares quae superaverit res facile
dictu est, nisi quod perpetua fortuna utriusque populi et ex-
5 tollere animos et minuere potuit. usque ad castra fugientes
Hernicos Romanus sequitur: castrorum oppugnatione, quia
serum erat diei, abstinuere. diu non perlitatum tenuerat
dictatorem, ne ante meridiem signum dare posset: eo in
6 noctem tractum erat certamen. postero die deserta fuga
castra Hernicorum et saucii relicti quidam inventi, agmenque
fugientium ab Signinis, cum praeter moenia eorum infrequen-
tia conspecta signa essent, fusum ac per agros trepida fuga
7 palatum est. nec Romanis incruenta victoria fuit: quarta
pars militum amissa, et ubi haud minus iacturae fuit, ali-
quot equites Romani cecidere.

9 Insequenti anno cum C. Sulpicius et C. Licinius Calvus
consules in Hernicos exercitum duxissent, neque inventis in
agro hostibus Ferentinum urbem eorum vi cepissent, rever-
2 tentibus inde eis Tiburtes portas clausere. ea ultima fuit
causa, cum multae ante querimoniae ultro citroque iactatae
essent, cur per fetiales rebus repetitis bellum Tiburti populo

3. *his,* 1, 35, 6. — *perpulerunt,* 1200 röm. Ritter schlagen also 3200 Herniker zurück.

4. *tam vir. par.*, s. Cic. Attic. 3, 10, 2; *tam ex amplo statu;* Verr. 5, 48, 127: *tam in paucis* u. a., wo jedoch immer eine Präpos. vor dem Adjectiv steht. Die Einrichtungen der Herniker mussten den röm. entsprechen. — *perpetua*, bis jetzt sind jedoch beide Völker meist verbunden gewesen.

5. *diu non p.*, s. über diesen L. eigenthümlichen Gebrauch 1, 53, 1: der Umstand, dass erst mehrere Opferthiere geschlachtet werden mussten, ehe günstige Zeichen erschienen, s. 6, 1, 12. — *tenuerat,* 3, 29, 5.

6. *ab Signinis*, eine Verbesserung von Crevier und Reiz st. *ab signis,* s. 1, 56, 3.

9—15. Kriege gegen die Herniker, Tiburtiner, Gallier und Falisker. Manlius Torquatus. Bund mit Latium.

1. *Sulpicius, Licinius,* c. 2. — *neque = et non*, die Negation gehört zum untergeordneten Satze, *et* knüpft den zweiten Hauptsatz an, vgl. 6, 1, 12; 4, 27, 9. *Ferent.*, 4, 51. — *Tiburtes*, die Bewohner von Tibur j. Tivoli, einer alten latin. Stadt auf einem Felsenhügel am Anio. Früher mit Rom verbunden, s. 3, 58, 10, dann vielleicht von den Aequern abhängig, tritt es jetzt als eben so selbständig Rom und Latium gegenüber, wie Präneste, 6, 29, vgl. 7, 12; 17, und scheint sich wie dieses, s. Diod. 16, 45, an die Herniker angeschlossen zu haben.

indiceretur. dictatorem T. Quinctium Pennum eo anno fuisse 3
satis constat et magistrum equitum Ser. Cornelium Malugi-
nensem. Macer Licinius comitiorum habendorum causa et 4
ab Licinio consule dictum scribit, quia collega comitia bello
praeferre festinante, ut continuaret consulatum, obviam eun-
dum pravae cupiditati fuerit. quaesita ea propria familiae 5
laus leviorem auctorem Licinium facit. cum mentionem eius
rei in vetustioribus annalibus nullam inveniam, magis ut belli
Gallici causa dictatorem creatum arbitrer inclinat animus.
eo certe anno Galli ad tertium lapidem Salaria via trans 6
pontem Anienis castra habuere. dictator cum tumultus Gal-
lici causa iustitium edixisset, omnes iuniores sacramento ad-
egit, ingentique exercitu ab urbe profectus in citeriore ripa
Anienis castra posuit. pons in medio erat neutris eum rum- 7
pentibus, ne timoris indicium esset. proelia de occupando
ponte crebra erant, nec qui poterentur, incertis viribus satis
discerni poterat. tum eximia corporis magnitudine in va- 8
cuum pontem Gallus processit, et quantum maxima voce po-
tuit „quem nunc“ inquit „Roma virum fortissimum habet,
procedat agedum ad pugnam, ut noster duorum eventus
ostendat, utra gens bello sit melior.“ Diu inter primores **10**
iuvenum Romanorum silentium fuit, cum et abnuere certa-

3. *Quinctium*, 6, 42.

4. *Macer*, 4, 7, 12. — *bello praef.*, vor seinem Abgange zum Kriege die Wahlcomitien halten, s. 39, 5, 12: *praetulit triumphi diem.* — *continuaret*, 3, 21, 2. — *cupiditati*, 3, 64, 11.

5. *propriae*, als Licinier. — *vetustiorib. an.*, 4, 7, 10. — *belli Gall.*; doch weiss L. von dem Gallischen Kriege nichts zu berichten als den Zweikampf, den Andere in andere Jahre setzten, 6, 42.

6. *Galli*, wahrscheinlich neue Einwanderer, von ihren Volksgenossen in Oberitalien nach Süden, nicht gerade nach Rom gewiesen, Peter 1, 239. — *Salaria*, die Strasse in das Sabinerland, 5, 37, 7; ib. 38, 10. — *tumultus G.*, ein plötzlicher gefahrvoller Krieg, bei dem ohne die gewöhnlichen Formalitäten die Soldaten ausgehoben und vereidigt wurden, s. Cic. Phil. 8, 1: *quid est aliud tumultus nisi perturbatio tanta ut maior timor oriatur. — Itaque maiores nostri tumultum Italicum, quod erat domesticus, Gallicum, quod erat Italiae finitimus, praeterea nullum tumultum nominabant. gravius autem tumultum esse quam bellum hinc intelligi licet, quod bello vacationes valent, tumultu non valent;* Marquardt 3, 2, 293. — *omnes iun.*, 5, 37, 2.

7. *eum*, 1, 28, 10. — *qui*, s. 1, 6, 4; 22, 39, 6 u. a. — *poterentur*, besitzen, behaupten würde, 6, 33, 10; 25, 11, 17. Ueber das tempus 2, 55, 9. — *discerni*, unterscheiden, beurtheilen.

8. *quantum* mit *potuit* zu verbinden, s. Cic. Att. 15, 26, 3: *ut quantum homo possit quam cautissime navigem*, gewöhnlich sagt L. *quantus* oder *quam maximus.* — *noster d.*, c. 40, 9.

men vererentur, et praecipuam sortem periculi petere nollent.
2 tum T. Manlius L. filius, qui patrem a vexatione tribunicia vindicaverat, ex statione ad dictatorem pergit: „iniussu tuo“ inquit, „imperator, extra ordinem numquam pugnaverim, non
3 si certam victoriam videam: si tu permittis, volo ego illi beluae ostendere, quando adeo ferox praesultat hostium signis, me ex ea familia ortum, quae Gallorum agmen ex rupe
4 Tarpeia deiecit.“ tum dictator „macte virtute“ inquit „ac pietate in patrem patriamque, T. Manli, esto. perge et nomen
5 Romanum invictum iuvantibus diis praesta.“ armant inde iuvenem aequales: pedestre scutum capit, Hispano cingitur gladio ad propiorem habili pugnam; armatum adornatumque adversus Gallum stolide laetum et — quoniam id quoque memoria dignum antiquis visum est — linguam etiam ab inrisu
6 exserentem producunt. recipiunt inde se ad stationem, et duo in medio armati spectaculi magis more quam lege belli destituuntur, nequaquam visu ac specie aestimantibus pares.
7 corpus alteri magnitudine eximium, versicolori veste pictisque et auro caelatis refulgens armis: media in altero militaris statura modicaque in armis habilibus magis quam de-
8 coris species. non cantus, non exultatio armorumque agitatio vana, sed pectus animorum iraeque tacitae plenum omnem
9 ferociam in discrimen ipsum certaminis distulerat. ubi constitere inter duas acies tot circa mortalium animis spe metuque pendentibus, Gallus velut moles superne inminens pro-

10. 2. *qui patr.*, c. 5. — *non si = ne tum quidem si,* s. 5, 51, 1; anders 3, 45, 8.

3. *praesultat,* nur hier gebraucht; zur Bezeichnung der Verachtung, s. 2, 36, 2.

5. *pedestre*, 6, 8, 6; 8, 8, 3. — *Hispano,* ein kurzes zweischneidiges Schwerdt, s. 22, 46, 5: *Gallis Hispanisque — dispares ac dissimiles gladii; Gallis praelongi sine mucronibus, Hispano punctim magis quam caesim adsueto petere hostem, brevitate habiles et cum mucronibus;* welches jedoch erst im 2. Punischen Kriege in Gebrauch kam. Der Anachronismus fand sich schon bei Claudius Quadrigarius, dessen Schilderung dieses Zweikampfes Gellius 9, 13 mittheilt. — *adornatum*, mit allem Nöthigen ausgerüstet. — *stolide laetum,* 4, 41, 1. — *linguam exs.*, vgl. Cic. Or. 2, 66: *demonstravi digito pictum Gallum in Mariano scuto Cimbrico* (Marius hatte es aus der Cimbrischen Beute am Forum aufhängen lassen) — *distortum*, *eiecta lingua.*

6. *recipiunt*, wer? — *duo,* 1, 13, 8. — *spectaculi,* 1, 25, 2. — *destituuntur*, verlassen, Preis gegeben, s. 3, 38, 4 u. a. — *aestimantibus,* 1, 8, 5; 3, 19, 6.

7. *pictis,* gemahlt, Virg. 8, 588. — *pectus,* 1, 59, 8.

9. *velut mol.* etc. L., sich treuer als Claudius an die Sage haltend schildert den Gallier als einen wirklichen Riesen, so dass Manlius un

iecto laeva scuto in advenientis arma hostis vanum caesim
cum ingenti sonitu ensem deiecit: Romanus mucrone sub- 10
recto, cum scuto scutum imum perculisset, totoque corpore
interior periculo vulneris factus insinuasset se inter corpus
armaque, uno alteroque subinde ictu ventrem atque inguina
hausit, et in spatium ingens ruentem porrexit hostem. iacen- 11
tis inde corpus ab omni alia vexatione intactum uno torque
spoliavit, quem respersum cruore collo circumdedit suo.
defixerat pavor cum admiratione Gallos: Romani alacres ab 12
statione obviam militi suo progressi, gratulantes laudantesque
ad dictatorem perducunt. inter carminum prope modum in- 13
condita quaedam militariter ioculantes Torquati cognomen
auditum, celebratum deinde posteris etiam familiaeque honori
fuit. dictator coronam auream addidit donum, mirisque pro 14
contione eam pugnam laudibus tulit. Et hercule tanti ea ad **11**
universi belli eventum momenti dimicatio fuit, ut Gallorum
exercitus proxima nocte relictis trepide castris in Tiburtem
agrum, atque inde societate belli facta commeatuque benigne

ter seinen Schild kommen kann, und ihm nur bis an den Leib reicht, § 10. — *vanum,* der Hieb auf den über den Kopf gehaltenen Schild des Manlius geht nicht durch. — *caesim,* s. § 5.

10. *subrecto,* wegen der Grösse nicht gerade aus, sondern in die Höhe gerichtet, s. 8, 8, 10. — *interior p.,* weiter in den Bereich der Waffen, dem Feinde näher, als dass er hätte getroffen werden können; 24, 34, 10: *propius quaedam subibant naves, quo interiores ictibus tormentorum essent.* — *factus,* dieses war er schon als er sich noch unter dem Schilde befand; ein neues Moment enthält *insinuasset.* — *ventrem a. ing.,* anders Claudius l. l.: *Manlius iterum scuto scutum percutit, atque de loco hominem iterum deiecit; eo pacto ei sub Gallicum gladium successit — atque Hispanico pectus hausit, deinde continuo h u m e r u m — incidit.* — *hausit:* durchbohrte, wie bei Claudius, s. 9, 1; Curt. 7, 8, 27, sonst mehr bei Dichtern, s. Haupt Ov. Met. 5, 126; schon bei Hom. Il. 13, 507: *διὰ δ' ἔντερα χαλκὸς ἤφυσ'.* — *spatium ing.,* Il. 16, 776: *κεῖτο μέγας μεγαλωστί.*

11. *vexatione,* ohne zu verletzen, *αἰκίζεσθαι.*

12. *defixerat* etc., 3, 47, 6.

13. *inter carm.* etc. = *cognomen Torquati auditum inter ioculantes militariter incondita quaedam prope carminum modum* Gronov.; die verwickelte Wortstellung, s. praef. 5, ist vielleicht dadurch entstanden, dass L. eine Wendung wie 5, 49, 7: *inter iocos militares, quos inconditos iaciunt — appellatur* im Sinne hatte, sie aber wegen der näheren Bestimmungen *prope* und *militariter ioc.* aufgab. — *familiaeque,* nähere Bestimmung zu *posteris,* er wurde Beiname dieser Familie der Manlier. Gell. l. l.: *quo ex facto ipse posterique eius Torquati sunt cognominati.*

11. 1. *societate f.* Die Tiburtiner suchen in den Galliern Bundesgenossen gegen die Uebermacht Roms, s. 8, 14, 9: *quod taedio*

2 ab Tiburtibus adiutus mox in Campaniam transierit. ea fuit
causa, cur proximo anno C. Poetelius Balbus consul, cum
collegae eius M. Fabio Ambusto Hernici provincia evenisset,
3 adversus Tiburtes iussu populi exercitum duceret. ad quo-
rum auxilium cum Galli ex Campania redissent, foedae po-
pulationes in Labicano Tusculanoque et Albano agro haud
4 dubie Tiburtibus ducibus sunt factae. et cum adversus Ti-
burtem hostem duce consule contenta res publica esset, Gal-
licus tumultus dictatorem creari coegit. creatus Q. Servilius
Ahala T. Quinctium magistrum equitum dixit; et ex auctori-
tate patrum, si prospere id bellum evenisset, ludos magnos
5 vovit. dictator, ad continendos proprio bello Tiburtis con-
sulari exercitu iusso manere, omnes iuniores nullo detractante
6 militiam sacramento adegit. pugnatum haud procul porta
Collina est totius viribus urbis in conspectu parentum con-
iugumque ac liberorum, quae magna etiam absentibus horta-
menta animi tum subiecta oculis simul verecundia miseri-
7 cordiaque militem accendebant. magna utrimque edita caede
avertitur tandem acies Gallorum. fuga Tibur sicut arcem
belli Gallici petunt: palati a consule Poetelio haud procul
Tibure excepti, egressis ad opem ferendam Tiburtibus simul
8 cum iis intra portas conpelluntur. egregie cum ab dictatore
tum ab consule res gesta est. et consul alter Fabius proe-
liis primum parvis postremo una insigni pugna, cum hostes
9 totis adorti copiis essent, Hernicos devincit. dictator con-
sulibus in senatu et apud populum magnifice conlaudatis et
suarum quoque rerum illis remisso honore dictatura se ab-
dicavit. Poetelius de Gallis Tiburtibusque geminum triumphum
10 egit, Fabio satis visum ut ovans urbem iniret. inridere Poe-

imperii Rom. cum Gallis — arma quondam sociassent.

2. *Balbus*, statt dieses sonst den Pöteliern nicht gebräuchlichen Zunamens haben die Fasten *Libo.* — *Hernici*, c. 9, 1.

3. *ad q. auxil.* gehört zu *redissent*, 4, 29, 8. — *Labicano* etc., s. 3, 25, 6. — *Albano* von Alba Longa. — *ducibus*, auf ihren Antrieb und unter ihrer Leitung, s. c. 17, 6, verwüsten sie das fruchtbarste und Rom angehörende oder ihm verbündete Land.

4. *tumultus*, c. 9, 6. — *creari*, der acc. c. inf. bei *cogere* findet sich bisweilen bei L., selten bei Cicero. — *magnos*, 4, 27.

6. *porta Coll.*, s. praef. 1. — *hortamenta*, Tac. Germ. 7: *et in proximo pignora, unde feminarum ululatus audiri, unde vagitus infantium; hi cuique sanctissimi testes, hi maximi laudatores.*

7. *avertitur*, kein vollständiger Sieg, wesshalb auch der Dictator nicht triumphirt.

9. *Fabio*, für den Fab. — *inridere* etc. Der Zusatz soll c. 12 vorbereiten.

teli triumphum Tiburtes: ubi enim eum secum acie conflixisse? spectatores paucos fugae trepidationisque Gallorum extra portas egressos, postquam in se quoque fieri impetum viderint et sine discrimine obvios caedi, recepisse se intra urbem. eam rem triumpho dignam visam Romanis. ne nimis mirum 11
magnumque censerent tumultum exciere in hostium portis, maiorem ipsos trepidationem ante moenia sua visuros. Itaque 12
insequenti anno M. Popilio Laenate Cn. Manlio consulibus primo silentio noctis ab Tibure agmine infesto profecti ad urbem Romam venerunt. terrorem repente ex somno exci- 2
tatis subita res et nocturnus pavor praebuit, ad hoc multorum inscitia, qui aut unde hostes advenissent. conclamatum 3
tamen celeriter ad arma est, et portae stationibus murique praesidiis firmati; et ubi prima lux mediocrem multitudinem ante moenia neque alium quam Tiburtem hostem ostendit, duabus portis egressi consules utrimque aciem subeuntium iam muros adgrediuntur. apparuitque occasione magis quam 4
virtute fretos venisse: adeo vix primum impetum Romanorum sustinuere. quin etiam bono fuisse Romanis adventum eorum constabat, orientemque iam seditionem inter patres et plebem metu tam propinqui belli conpressam.

Alius adventus hostium fuit proximo bello agris terribi- 5
lior quam urbi: populabundi Tarquinienses fines Romanos 6
maxime qua ex parte Etruriam adiacent, peragravere; rebus-

12. 1. *Manlius (Capitolinus Imperiosus).*

2. *inscitia,* hier nur Unkenntniss, vgl. c. 34, 13. — *multorum,* der Zusatz ist in Bezug auf § 3 nicht klar, da wenn auch nur Wenige es gewusst hätten, die Ungewissheit leicht hätte gehoben werden können. — *aut,* 1, 1, 7.

3. *conclamatum,* 3, 15, 6. — *stationes,* s. 3, 3, 5. — *duabus,* wol die Esquilina und Praenestina oder Collina.

4. *occasione,* 4, 32, 10. — *seditionem,* vielleicht der Schulden wegen. Wahrscheinlich bezieht sich auf dieses Ereigniss Cic. Brut. 14, 56: *licet aliquid etiam de M. Popillii ingenio suspicari, qui cum consul esset eodemque tempore sacrificium publicum cum laena faceret, quod erat flamen Carmentalis, plebei contra patres concitatione et seditione nuntiata, ut erat laena amictus, ita venit in contionem seditionemque cum auctoritate tum oratione sedavit.*

5. *alius* etc., in dem unmittelbar folgenden Kriege fand ein anderer, oder auch ein Einfall statt, aber dieser u. s. w. — *agris* in Bezug auf § 2. — *bello,* der Krieg begann noch in dem Jahre 396 von den Tarquiniensern, die Römer setzten ihn im folg. fort. Die Etrusker haben seit d. J. 369, s. 6, 9 ff., nichts gegen Rom unternommen.

6. *qua ex p.,* s. 6, 9, 4. — *Etruriam,* seltene, mehr dichterische Construction statt *Etruriae* oder *ad Etruriam,* vgl. Nepos 13, 2: *gentes quae mare illud adiacent.* — *Fabius (Ambustus). Plautius (Proculus).*

que nequiquam repetitis novi consules is C. Fabius et C.
Plautius iussu populi bellum indixere; Fabioque ea provin-
7 cia, Plautio Hernici evenere. Gallici quoque belli fama in-
crebrescebat. sed inter multos terrores solatio fuit pax
Latinis petentibus data, et magna vis militum ab his ex
foedere vetusto, quod multis intermiserant annis, accepta.
8 quo praesidio cum fulta res Romana esset, levius fuit quod
Gallos mox Praeneste venisse atque inde circa Pedum
9 consedisse auditum est. dictatorem dici C. Sulpicium pla-
cuit. consul ad id accitus C. Plautius dixit. magister equi-
tum dictatori additus M. Valerius. hi robora militum ex
duobus consularibus exercitibus electa adversus Gallos duxe-
10 runt. lentius id aliquanto bellum quam parti utrique pla-
cebat fuit. cum primo Galli tantum avidi certaminis fuissent,
deinde Romanus miles ruendo in arma ac dimicationem ali-
11 quantum Gallicam ferociam vinceret; dictatori neutiquam
placebat, quando nulla cogeret res, fortunae se committere
adversus hostem, quem tempus deteriorem in dies et locis
alienis faceret sine praeparato commeatu, sine firmo muni-
mento morantem, ad hoc iis corporibus animisque, quorum

7. *pax — data*, wahrscheinlich wurde wegen der von den Galliern drohenden Gefahr mit den zerstreuten, s. 6, 21, 2; 8, 3 ff., Rom nicht bereits unterworfenen latin. Städten das Bündniss des Cassius 2, 33 wieder hergestellt, daher *ex foedere vetusto*. Doch haben Praeneste, Tibur, vielleicht auch andere Städte wie Pedum, wenigstens jetzt sich nicht angeschlossen, s. Nieb. Vort. 1, 412 ff. — *multis int. an.*, seit d. J. 370, s. 6, 10, 6.

8. *fulta*, vgl. 3, 60, 9. Die handschr. Lesart *confulta* würde bedeuten: zusammengedrängt, s. Lucret. 2, 98, während L. nur sagen will, dass das röm. Heer verstärkt, nach 8, 8, 14 verdoppelt wurde. — *Gallos*, die wie im vorhergeh. Jahre, c. 11, 1, andere Gegenden durchzogen hatten. — *Praeneste* ist wie Tibur frei, 6, 29, und mit den Gall. verbündet. — *circa*, in der Gegend von Pedum, 2, 39.

9. *placuit*, der zu ernennende Dictator wird vom Senate bezeichnet, dasselbe geschieht dieses mal, wie *additus* zeigt, bei dem mag. equitum, der sonst gewöhnlich von dem Dictator ausgewählt wird, s. c. 21, 9; c. 28, 8; Becker 2, 2, 158; 176. Dass die Curien beide gewählt haben, s. Nieb. 1, 418, liegt nicht in den Worten.

11. *et locis al.*, der noch dazu u. s. w. Die auffallende Stellung der Worte, s. c. 10, 13, lässt sich vielleicht daraus erklären, dass L. bei *locis* schon an *morantem* denkt, welches durch die Zusätze weiter als er ursprünglich beabsichtigte entfernt ist. Die gewöhnliche Lesart ist *locus alienus*, wie sonst oft *tempus* und *locus* verbunden wird, hier aber weniger passend erscheint, da der Nachdruck auf *alienis*, s. 5, 48, 2, liegt. — *praeparato* ist Adjectiv, daher *sine*, s. 3, 52, 2; 42, 26, 9: *quantam — praeparatam — copiam inventuri forent*; 3, 26, 11. — *eadem:* die jedoch durch u. s. w.

omnis in impetu vis esset, parva eadem languesceret mora. his consiliis dictator bellum trahebat, gravemque edixerat 12
poenam, si quis iniussu in hostem pugnasset. milites aegre id patientes primo in stationibus vigiliisque inter se dictatorem sermonibus carpere, interdum patres communiter increpare, quod non iussissent per consules geri bellum: electum esse eximium imperatorem unicum ducem, qui nihil 13
agenti sibi de caelo devolaturam in sinum victoriam censeat. eadem deinde haec interdiu propalam ac ferociora his iactare: se iniussu imperatoris aut dimicaturos aut agmine Romam ituros. inmiscerique militibus centuriones, nec in circulis 14
modo fremere sed iam in principiis ac praetorio in unum sermones confundi, atque in contionis magnitudinem crescere turba et vociferare ex omnibus locis, ut extemplo ad dictatorem iretur, verba pro exercitu faceret Sex. Tullius, ut virtute eius dignum esset. Septimum primum pilum iam Tul- **13**
lius ducebat neque erat in exercitu, qui quidem pedestria stipendia fecisset, vir factis nobilior. is praecedens militum 2
agmen ad tribunal pergit, mirantique Sulpicio non turbam magis quam turbae principem Tullium, imperiis obedientissimum militem, „scilicet, dictator,“ inquit: „condemnatum se 3
universus exercitus a te ignaviae ratûs et prope ignominiae causa destitutum sine armis oravit me, ut suam causam apud te agerem. equidem, sicubi loco cessum, si terga data hosti, 4
si signa foede amissa obici nobis possent, tamen hoc a te impetrari aequum censerem, ut nos virtute culpam nostram corrigere et abolere flagitii memoriam nova gloria patereris. etiam ad Aliam fusae legiones eandem, quam per pavorem 5

12. *edixerat,* s. 8, 6, 16; 4, 32, 11. — *in stat.* etc., wenn sie vor dem Lager oder des Nachts Wache hielten. — *patres,* s. § 9.

14. *centuriones*, die sonst die Soldaten von solchen Excessen abhalten. — *circulis*, wo Einzelne zusammen standen. — *principiis,* der freie Platz, der gewöhnliche Versammlungsort der Soldaten, vor dem Feldherrnzelte, welches sich L. in dem breiten Wege, der von der via principalis nach der porta decumana führte, gedacht zu haben scheint, s. Marquardt 3, 2, 319; 313. Die ganze Sache mag der Wichtigkeit des Sieges wegen in den Quellen L's ausführlich dargestellt gewesen sein.

13. 1. *septim pr. p. d.,* er war zum siebentenmale Centurio der ersten Centurie der Triarier, von dem mehrfach *ducere* gebraucht wird, s. c. 41, 4; 5, vgl. 2, 27, 9; Marquardt 3, 2, 282.

3. *scilicet* in Bezug auf *miranti,* gleichsam: wundre dich nicht, sondern wisse, s. 40, 9, 1: *aperienda nimirum nocte ianua fuit.* — *destitutum,* s. c. 10, 6.

4. *sicubi l.* etc., Gradation, s. 2, 59, 9. *loco cedere,* wenn die Soldaten die ihnen in der Schlacht angewiesene Stelle verlassen.

amiserant, patriam profectae postea a Veis virtute recuperavere. nobis deum benignitate felicitate tua populique Ro-
6 mani et res et gloria est integra. quamquam de gloria vix dicere ausim, si nos et hostes haud secus quam feminas abditos intra vallum omnibus contumeliis eludunt, et tu imperator noster, quod aegrius patimur, exercitum tuum sine animis, sine armis, sine manibus iudicas esse, et priusquam expertus nos esses, de nobis ita desperasti, ut te mancorum
7 ac debilium ducem iudicares esse. quid enim aliud esse causae credamus, cur veteranus dux, fortissimus bello, conpressis, quod aiunt, manibus sedeas? utcumque enim se habet res, te de nostra virtute dubitasse videri quam nos de
8 tua verius est. sin autem non tuum istuc sed publicum est consilium, et consensus aliqui patrum non Gallicum bellum nos ab urbe, a penatibus nostris ablegatos tenet, quaeso, ut ea quae dicam non a militibus imperatori dicta censeas, sed a plebe patribus, quae sicut vos vestra habeatis consilia,
9 sic se sua habituram dicat. quis tandem succenseat milites nos esse non servos vestros, ad bellum non in exilium missos, si quis det signum, in aciem educat, ut viris ac Romanis dignum sit, pugnaturos, si nihil armis opus sit, otium Romae potius quam in castris acturos? haec dicta sint pa-
10 tribus. te, imperator, milites tui oramus, ut nobis pugnandi copiam facias. cum vincere cupimus tum te duce vincere, tibi lauream insignem deferre, tecum triumphantes urbem inire, tuum sequentes currum Iovis optimi maximi templum
11 gratantes ovantesque adire." orationem Tulli exceperunt preces multitudinis, et undique, ut signum daret, ut capere
14 arma iuberet, clamabant. Dictator quamquam rem bonam exemplo haud probabili actam cernebat, tamen facturum quod

6. *quamquam* etc., s. Zumpt § 341. — *ausim*, praef. 1. — *eludunt*, verhöhnen dürfen, s. 1, 48, 2. — *mancorum*=*sine manibus; debilium*, Invaliden, unbrauchbar.

8. *sin*, weil auch im Vorhergeh. eine Annahme angedeutet ist. — *publicum cons.*, dasselbe was *consensus patrum*, welche die Plebs aus der Stadt entfernen wollen, vielleicht in Beziehung auf c. 12, 4; vgl. 3, 24, 1. — *aliqui*, s. 4, 35, 9: *aliqui plebeius;* 3, 17, 7: *si qui inpediat.*

9. *quis t. s.*, wer möchte es uns verargen, dass wir — sein, d. h. sein und als solche behandelt sein wollen. — *ac Rom.*, c. 35, 8; 1, 28, 9. Einleit. S. 13.

puam Suessulamque castra castris conferamus, et Samnis
10 Romanusne imperio Italiam regant decernamus." legati Ro-
manorum cum se non quo hostis vocasset, sed quo impera-
tores sui duxissent, ituros esse respondissent, iam Publilius
inter Palaepolim Neapolimque loco opportune capto direme-
rat hostibus societatem auxilii mutui, qua, ut quisque locus
11 premeretur, inter se usi fuerant. itaque cum et comitiorum
dies instaret, et Publilium inminentem hostium muris avocari

5. *publico*, s. 6, 6, 4; die Samniten in Palaepolis wären also Söldner, und als solche dienten die Samniten oft. Nach Dion. besteht seit alter Zeit Freundschaft zwischen den Samniten und Palaepolis.

6. *civitatem*, der ganze Bundesstaat, s. 7, 29, 1. — *Fregellas — captas*, sie besassen sie nach Kriegsrecht, vielleicht nach einem Vertrage mit Rom, wie dieses seine Eroberungen in Ausonien und Campanien, c. 2, 6. — *in S. a.*, s. 36, 12, 11: *praesidio Medione inposito et in quibusdam aliis Acarnaniae oppidis.* — *Fregellas*, vielleicht hatte die Stadt vorher einen anderen Namen, oder L. will sagen: und sie sogar Freg. genannt.

7. *ipsos* wiederholt nachdrücklich *se*.

8. *disceptandum*, als Schiedsrichter, vgl. 5, 4, 2; 3, 71, 1. — *inquit*, der Magistrat der die Verhandlung leitet, s. 7, 30, 4.

9. *inter Cap. S.*, wie in dem ersten Kriege, vgl. 42, 47, 5. — *imperio* etc., es war allerdings der Zweck des Krieges, zu entscheiden ob das latinische oder die sabellischen Völker in Italien herrschen sollten, wie sich jetzt die Samniten nicht mehr verhehlen konnten.

10. *iam Publ.*, die Anknüpfung ist nach der Darstellung L's sehr hart. Durch '*iam*' und *usi fuerant* wird angedeutet, dass der Consul bis dahin vor der Stadt gelagert gewesen ist.

ab spe capiendae in dies urbis haud e re publica esset,
actum cum tribunis est, ad populum ferrent, ut, cum Q. 12
Publilius Philo consulatu abisset, pro consule rem gereret,
quoad debellatum cum Graecis esset. L. Cornelio, quia ne 13
eum quidem in Samnium iam ingressum revocari ab impetu
belli placebat, litterae missae, ut dictatorem comitiorum causa
diceret. dixit M. Claudium Marcellum; ab eo magister equi- 14
tum dictus Sp. Postumius. nec tamen ab dictatore comitia
sunt habita, quia, vitione creatus esset, in disquisitionem ve-
nit. consulti augures vitiosum videri dictatorem pronuntia-
verunt. eam rem tribuni suspectam infamemque criminando 15
fecerunt: nam neque facile fuisse id vitium nosci, cum con-
sul oriens de nocte silentio diceret dictatorem, neque ab
consule cuiquam publice privatimve de ea re scriptum esset;
nec quemquam mortalium extare, qui se vidisse aut audisse 16
quid dicat, quod auspicium dirimeret; neque augures divi-
nare Romae sedentes potuisse, quid in castris consuli vitii

11. *in dies*, kurz st: ihn von der Belagerung abzurufen, da er von Stunde zu Stunde die Stadt einzunehmen hoffte, s. 34, 11, 4: *dimicandum sibi in dies expectet;* indess dauert die Belagerung fast noch ein Jahr und die Einnahme erfolgt durch Verrath, der jedoch schon früher eingeleitet zu sein scheint.

12. *actum c. tr.* etc., nach einem Senatsbeschluss sollen sie die Sache vor die Tributcomitien bringen. Dieses ist das regelmässige Verfahren; oft jedoch wird das Volk nicht gefragt, s. Marquardt 2, 3, 118; 169. — *pro consule*, vgl. 3, 4. 10; Publilius ist der erste, s. c. 26, 7, welcher nach Ablauf des Consulatsjahres das imperium behält, s. Becker 2, 2, 31; 65; 2, 3, 168.

13. *ne — quidem*, auch nicht. — *in Samnium* etc. ist nicht deutlich, da erst c. 25, 2 der Krieg erklärt wird. — *litterae*, mit dem Senatsbeschlusse, dass er, vgl. 7, 21.

14. *in disquis. v.*, 26, 31, 2: *non quid ego fecerim in disquisitionem venit.*

15. *oriens*, s. Vel. Long. de Orthogr. p. 2234: *oriri apud antiquos surgere frequenter significabat, ut apparet in eo, quo dicitur: consul oriens magistrum populi dicat.* — *de nocte*, im Verlaufe der Nacht, vgl. 10, 40, 2: *tertia vigilia noctis Papirius silentio surgit.* — *silentio*, Festus p. 348: *hoc est proprie silentium, omnis vitii in auspiciis vacuitas;* Becker 2, 2, 161; ib. 3, 76; doch scheint es a. u. St. die tiefe Stille der Nacht zu bezeichnen, die durch nichts gestört werden darf. — *neque ab cons.* steht nicht in Beziehung zu dem vorhergehenden *neque*, sondern enthält den eigentlichen Grund zu *non facile fuisse*, der durch *cum — diceret* nur vorbereitet wird, st. *cum a consule qui — diceret — non scriptum esset.* Derselbe Gedanke, der in *neque facile — nosci* liegt, ist in *qui — dirimeret* und *quid — vitii ob.* wiederholt.

16. *dicat*, jetzt, oder überhaupt; *dirimeret*, in Bezug auf die Zeit in *audisse*. *dirimere*, ungültig machen, s. 1, 36, 6. — *augures*, welche also die Magistrate nicht

obvenisset. cui non apparere, quod plebeius dictator sit, id
17 vitium auguribus visum? haec aliaque ab tribunis nequiquam
iactata: tamen ad interregnum res rediit, dilatisque alia at-
que alia de causa comitiis quartus decimus demum interrex
L. Aemilius consules creat C. Poetilium L. Papirium Mugi-
lanum. Cursorem in aliis annalibus invenio.
24 Eodem anno Alexandream in Aegypto proditum condi-
tam, Alexandrumque Epiri regem ab exule Lucano interfe-
2 ctum sortes Dodonaei Iovis eventu adfirmasse. accito ab
Tarentinis in Italiam data dictio erat, caveret Acherusiam
aquam Pandosiamque urbem; ibi fatis eius terminum dari.
3 eoque ocius transmisit in Italiam, ut quam maxime procul
abesset urbe Pandosia in Epiro et Acheronte amni, quem ex
Molosside fluentem in stagna inferna accipit Thesprotius si-
4 nus. ceterum ut ferme fugiendo in media fata ruitur, cum
saepe Bruttias Lucanasque legiones fudisset, Heracleam Ta-
rentinorum coloniam, Potentiam ex Lucanis, Sipontumque

begleiten, so dass diese allein die Auspicien halten. — *vitium obv.*, ein Fehler begegnet sei, s. 4, 7, 3.

17. *ad int. r. r.*, die ungewöhnliche Stellung, s. 1, 22, 11, statt *res ad inter. redit*, soll den Gegensatz zwischen dem interregnum und der Dictatur hervorheben. — *dilatis* etc., s. 7, 21. Das Interregnum hat also über 2 Monate gedauert, und setzt heftige Bewegungen voraus, s. Nieb. R. G. 3. 175; 214. — *Poetelium*, 7, 27, nach den Fasten *tertium*, das zweite Consulat ist übergangen, s. c. 17, 1. — *Mugilanum*, so heisst er auch in den Fast. Cap., Liv. selbst nimmt 9, 7, 15 an dass *Cursor* richtig sei.

24. Untergang Alexanders von Epirus.

1. *Alexandream* etc. L. oder sein Gewährsmann irrt hier, da Alex. im J. d. St. 422 oder 423, nach Diod. 17, 49 Olymp. 112, 2, nach Anderen 112, 1 gegründet wurde, sei es dass in der Berechnung der Olympiaden gefehlt oder statt in das erste Consulat des Papirius, c. 17, die Gründung hierher versetzt wurde, s. Nieb. R. G. 2, 637; 3, 187. In Rücksicht auf Alexander von Epirus ist wol mehr das Jahr seiner Ankunft, s. c. 3, falsch angesetzt, da er sonst 14 Jahre in Italien gewesen sein müsste. — *sortes*, 1, 56, 5.

2. *ab Tarent.*, um die Lucaner und Messapier von sich abzuwehren. — *dictio*, *χρησμός*. — *Acherusia aq.* kann sowol der Fluss Acheron sein, als die palus Acherusia, § 3: *stagna inferna* mit Anspielung auf den Acheron in der Unterwelt genannt, zwischen Pandosia und dem sinus Thesprotius.

3. *Molosside*, der östliche Theil von Epirus, der von Dodona südlich sich hinzieht; Thesprotia, das Küstenland. — *fluentem* gehört sowol zu *ex Molosside*, als zu *in stagna inf.*, der Fluss Acheron fliesst durch den See. — Dass das Orakel auf Alexanders Pläne Einfluss gehabt habe ist schwerlich zu glauben, s. Nieb. 1, 466.

4. *fugiendo*, 3, 71, 5. Ueber den Gedanken 5, 37, 1. — *Bruttias Luc.*, so lange er mit Tarent verbunden war; die Eroberung Heracleas kann erst später erfolgt

Apulorum Consentiamque Bruttiorum ac Terinam, alias inde
Messapiorum ac Lucanorum cepisset urbes, et trecentas fa-
milias inlustres in Epirum, quas obsidum numero haberet,
misisset, haud procul Pandosia urbe inminente Lucanis ac 5
Bruttiis finibus tris tumulos aliquantum inter se distantes
insedit, ex quibus incursiones in omnem partem agri hostilis
faceret. et ducentos ferme Lucanorum exules circa se pro 6
fidis habebat, ut pleraque eius generis ingenia sunt, cum for-
tuna mutabilem gerentes fidem. imbres continui campis omni- 7
bus inundantes cum interclusissent trifariam exercitum a mu-
tuo inter se auxilio, duo praesidia, quae sine rege erant,
inproviso hostium adventu opprimuntur; deletisque eis ad
ipsius obsidionem omnes conversi. inde ab Lucanis exuli- 8
bus ad suos nuntii missi sunt, pactoque reditu promissum
est regem aut vivum aut mortuum in potestatem daturos.
ceterum cum delectis ipse egregium facinus ausus per me- 9
dios erumpit hostes, et ducem Lucanorum comminus con-
gressus obtruncat; contrahensque suos ex fuga palatos per- 10
venit ad amnem ruinis recentibus pontis, quem vis aquae
abstulerat, indicantem iter. quem cum incerto vado transi- 11
ret agmen, fessus metu ac labore miles increpans nomen ab-

sein. — *Potentia* etc. Die Stelle heisst in den Hdss.: *consentiam in Lucanis sipontumque bruttiorum acerinam,* doch fehlt *Consentiam* in einer der älteren. Da *Consentia* nicht den Lucanern, die hier nicht in weiterer Bedeutung, in der sie auch die Bruttier umfassen könnten, genannt sind, sondern den Bruttiern angehört, s. 23, 30, und *Sipontum* weder diesen noch jenen, sondern den Apulern oder Dauniern, so ist die Stelle für verdorben und lückenhaft zu halten; die Veränderungen und Ergänzungen im Texte können daher nicht für sicher gelten. *Consentia* wird mit Terina auch 25, 1 verbunden: *Consentini et Terinaei. ac Terinam* hat Sigon. hergestellt. — *Messapiorum* östlich von Tarent, in Calabrien. — *Lucanis,* c. 25. — *trecentas* etc., aus den eroberten und verbündeten Städten, die er an sich fesseln und selbst in Italien ein Reich gründen wollte.

5. *Pandosia* in Bruttium, auch an einem Flusse Acheron. Die ganze Stelle zeigt, dass Alexander bereits von seinen Bundesgenossen verlassen den Krieg vertheidigungsweise führt.

6. *exules,* die grosse Zahl setzt innere Zerwürfnisse in dem Staate der Lucaner voraus. — *eius gen.,* es ist nicht deutlich, ob die Verbannten oder Lucaner gemeint sind. — *cum fort.,* 4, 48, 8. — *gerentes* geht auf *exules* zurück.

7. *inundantes,* absolut gebraucht wie 22, 2, 2: *fluvius Arno — inundaverat,* daher *campis* Ablativ. — *omnes,* die Feinde sind nach dem Folg.: *suos* Lucaner.

10. *ex fuga p.,* 6, 29, 4. — *ruinis* etc., die Brückenpfeiler zeigten, dass man dort über den Fluss kommen konnte, in dem Flusse selbst konnte immerhin der Weg unsicher sein (*vado incerto*).

ominandum fluminis „iure Acheros vocaris“ inquit. quod ubi
ad aures accidit regis, adiecit extemplo animum fatis suis
12 substititque dubius an transiret. tum Sotimus minister ex
regiis pueris, quid in tanto discrimine periculi cunctaretur
13 interrogans, indicat Lucanos insidiis quaerere locum. quod
ubi respexit rex procul grege facto venientes, stringit gla-
dium et per medium amnem transmittit equum. iamque in
vadum egressum eminus verruto Lucanus exul transfigit.
14 lapsum inde cum inhaerente telo corpus exanime detulit
amnis in hostium praesidia. ibi foeda laceratio corporis fa-
cta. namque praeciso medio partem Consentiam misere; pars
15 ipsis retenta ad ludibrium. quae cum iaculis saxisque pro-
cul incesseretur, mulier una ultra humanarum irarum fidem
saevienti turbae inmixta, ut parumper sustinerent precata,
flens ait virum sibi liberosque captos apud hostes esse;
sperare corpore regio utcumque mulcato se suos redemptu-
16 ram. is finis lacerationi fuit, sepultumque Consentiae quod
17 membrorum reliquum fuit cura mulieris unius; ossaque Me-
tapontum ad hostes remissa, inde Epirum devecta ad Cleo-
patram uxorem sororemque Olympiadem, quarum mater magni
18 Alexandri altera soror altera fuit. haec de Alexandri Epi-
rensis tristi eventu, quamquam Romano bello fortuna eum
abstinuit, tamen, quia in Italia bella gessit, paucis dixisse
satis sit.

25 Eodem anno lectisternium Romae, quinto post conditam
2 urbem, isdem quibus ante placandis habitum est deis. novi
deinde consules iussu populi cum misissent qui indicerent
Samnitibus bellum, ipsi maiore conatu quam adversus Grae-

11. *Acheros*, eine sonst ungebräuchliche Form: τὰ ἄχεα ῥέων. — *dubius an*, nicht wie *dubito an* gebraucht.

12. *ex reg.*, 45, 6, 7. — *discr. per.*, 3, 18, 3. — *Lucanos*, die Verbannten.

13. *quod ubi*, 6, 8, 2; Caes. B. G. 2, 23; Zumpt § 807. — *procul*, nach dem Folg. sollte man *haud procul* erwarten.

14. *foeda* etc., wol eine Folge seiner eigenen Grausamkeit. — *praeciso m.* n. *corpore*: in der Mitte abgeschnitten, s. 40, 6, 1: *caput canis mediae praecisae.* — *ipsis*, 1, 23, 10.

15. *una*, nur eine, eine einzige.

16. *lacerationi*, 2, 30, 9. — *sepultum*, verbrannt, Justin. 8, 4.

17. *hostes*, vielleicht eine Besatzung Alexanders, oder ist *hospites* zu lesen? — *Metapontum*, 1, 18, 2.

18. *Romano*, c. 17, 5.

25—26. Beginn des Kriegs mit den Samniten, Bündniss mit den Lucanern, Apulern (Nieb. 1, 481) und Neapolitanern; Momms. 1, 233.

1. *quinto*, 7, 2, 2; das vierte ist nicht erwähnt. — *quibus*, 5, 13, 6.

cos cuncta parabant. et alia nova nihil tum animo tale agi-
tantibus accesserunt auxilia. Lucani atque Apuli, quibus gen- 3
tibus nihil ad eam diem cum Romano populo fuerat, in fidem
venerunt, arma virosque ad bellum pollicentes. foedere ergo
in amicitiam accepti. eodem tempore etiam in Samnio res 4
prospere gesta. tria oppida in potestatem venerunt, Allifae
Callifae Rufrium, aliusque ager primo adventu consulum longe
lateque est pervastatus. hoc bello tam prospere commisso 5
alteri quoque bello, quo Graeci obsidebantur, iam finis ad-
erat. nam praeterquam quod intersaeptis munimentis hostium
pars parti abscisa erat, foediora aliquanto intra muros iis
quibus hostis territabat patiebantur, et velut capti a suismet 6
ipsis praesidiis indigna iam liberis quoque ac coniugibus et
quae captarum urbium extrema sunt patiebantur. itaque cum 7
et a Tarento et a Samnitibus fama esset nova auxilia ventura,
Samnitium plus quam vellent intra moenia esse rebantur,
Tarentinorum iuventutem Graeci Graecos, haud minus per 8
quos Samniti Nolanoque quam ut Romanis hostibus resiste-
rent, expectabant. postremo levisssimum malorum deditio

2. *Graecos,* die Paläpolitaner. — *et alia,* und dazu (in Bezug auf *ipsi m. con.*), um etwas Neues anzuknüpfen, 5, 53, 3.

3. *Lucani,* eine sabellische Völkerschaft südlich von Samnium, vor Kurzem mit den Samniten gegen Alexander verbunden, s. c. 17, 9, jetzt mit diesen und den Tarentinern verfeindet und desshalb zum Anschluss an Rom geneigt, vgl. c. 27, 10. — *Apuli,* im östlichen Theile der Halbinsel, in Daunien und Peucetien, meist Feinde der Samniten, s. c. 37. — *nihil,* s. c. 17, 1. — *in fidem,* c. 1, 12. — *foedere in am.,* 6, 2, 3; 7, 19, 4, es ist ein Schutzbündniss, wol ein foedus aequum, da den Römern Alles daran liegen musste, im Rücken der Samniten Bundesgenossen zu haben.

4. *res prosp. g.,* die Samniten scheinen noch nicht gerüstet gewesen zu sein, vgl. c. 19, 3. Das Folg. geschieht in den ersten Monaten des J. 429 d. St. (427 der Fasten), da die Consuln erst im September ihr Amt angetreten haben. — *Allifae* etc., die 3 Städte liegen im Vulturnusthale, *Allifae* in der Mitte, *Callifae* südöstlich, *Rufrium* wol nordwestlich davon.

5. *commisso,* begonnen. — *intersaeptis,* c. 23, 10, vgl. 6, 9, 7.

6. *suismet ipsis,* vgl. 2, 12, 7, der Gegensatz zwischen den ihnen zum Schutz gegen Feinde gegebenen und feindlichen Truppen soll hervorgehoben werden. — *indigna i. l.* etc., was zu leiden für diese unwürdig war, vgl. 29, 8, 8; 31, 30, 3: *misera magis quam indigna patienti;* Gron. vermuthet: *in liberis.* — *et quae,* und was sonst noch, 2, 40, 8. — *captarum urb.,* die höchsten Bedrängnisse einer eroberten Stadt, 3, 47, 2. — *patiebantur* ist nur an dieser Stelle passend, vorher entweder durch ein Versehen der Abschreiber oder L's selbst zugesetzt, s. 7, 22, 1—2.

7. *a Tarent.,* c. 23, 1. — *Samn. plus,* 4, 52, 7; Chiasmus wie § 11 u. 12.

8. *Graecos,* Tarent war eine dorische Colonie; *Nola* oskisch, aber

9 ad Romanos visa. Charilaus et Nymphius principes civitatis
communicato inter se consilio partes ad rem agendam divi-
sere, ut alter ad imperatorem Romanorum transfugeret, alter
10 subsisteret ad praebendam opportunam consilio urbem. Cha-
rilaus fuit qui ad Publilium Philonem venit, et quod bonum
faustum felix Palaepolitanis populoque Romano esset, tradere
11 se ait moenia statuisse. eo facto utrum ab se prodita an
12 servata patria videatur, in fide Romana positum esse. sibi
privatim nec pacisci quicquam nec petere, publice petere
quam pacisci magis, ut si successisset inceptis, cogitaret po-
pulus Romanus potius, cum quanto studio periculoque redi-
tum in amicitiam suam esset, quam qua stultitia et temeri-
13 tate de officio decessum. conlaudatus ab imperatore tria
milia militum ad occupandam eam partem urbis, quam Sa-
mnites insidebant, accepit: praesidio ei L. Quinctius tribu-
26 nus militum praepositus. Eodem tempore et Nymphius
praetorem Samnitium arte adgressus perpulerat, ut, quoniam
omnis Romanus exercitus aut circa Palaepolim aut in Samnio
esset, sineret se classe circumvehi ad Romanum agrum, non
oram modo maris sed ipsi urbi propinqua loca depopulatu-
2 rum. sed ut falleret, nocte proficiscendum esse extemploque
naves deducendas. quod quo maturius fieret, omnis iuven-
tus Samnitium praeter necessarium urbis praesidium ad litus
3 missa. ubi dum Nymphius in tenebris et multitudine semet

sonst den Griechen befreundet. — *deditio,* hier nicht wie 7, 31 nach einem öffentlichen Beschluss, sondern nach einer geheimen Verabredung, daher c. 26, 6: *proditio.*

9. *principes,* die Römer suchen in den feindlichen Staaten immer die Optimaten zu gewinnen. — *opportunam,* 6, 24, 3.

10. *Charilaus,* s. 7, 26, 2.

11. *in fide,* es komme auf die Redlichkeit der Römer an, welche die durch Verrath, ohne Bedingung § 12, in ihre Gewalt gekommene Stadt hart oder mild behandeln konnten.

12. *magis — potius,* 5, 3, 9. — *success. i.,* so wird *succedit* oft von L. unpersönlich gebraucht. — *red. in amicit.* und *de off. dec.,* als ob die Städte Rom schon unterworfen oder verbündet gewesen wären.

13. *eam p.,* die Nolaner haben einen anderen Theil der Stadt besetzt, s. c. 26, als die Samniten. Dass diese einen Theil derselben bewohnt haben, liegt nicht in den Worten.

26. 1. *in Samnio,* s. c. 25, 4. — *sineret se,* der praetor, d. h. der Anführer, s. 24, 47, 7, der Samniten hat also den Oberbefehl in der Stadt. Dass auch die Samniten sich an dem Zuge betheiligen sollen, geht aus dem Folg. hervor. Solche Züge waren wahrscheinlich schon mehrfach unternommen worden, und mussten den Römern die Verbindung mit Neapolis um so wünschenswerther machen, da sie nur von hier aus bedroht werden konnten.

ipsa inpediente sedulo aliis alia imperia turbans terit tempus, Charilaus ex conposito ab sociis in urbem receptus cum summa urbis Romano milite inplesset, tolli clamorem iussit, ad quem Graeci signo accepto a principibus quievere. Nolani per aversam partem urbis via Nolam ferente effugi- 4 unt. Samnitibus exclusis ab urbe ut expeditior in praesentia fuga ita foedior, postquam periculo evaserunt, visa, quippe 5 qui inermes nulla rerum suarum non relicta inter hostes, ludibrium non externis modo sed etiam popularibus, spoliati atque egentes domos rediere. haud ignarus opinionis alte- 6 rius, qua haec proditio ab Samnitibus facta traditur, cum auctoribus hoc dedi, quibus dignius credi est, tum foedus Neapolitanum — eo enim deinde summa rei Graecorum venit — similius vero facit ipsos in amicitiam redisse. Publilio tri- 7 umphus decretus, quod satis credebatur obsidione domitos hostes in fidem venisse. duo singularia haec ei viro primum contigere, prorogatio imperii non ante in ullo facta et acto honore triumphus.

3—5. *ipsa,* vergl. c. 25, 6. — *sociis* u. *coniurationis,* die übrigen principes, c. 25, 9, mit denen jedoch a. u. St. das Volk harmonirt. — *signo,* 5, 36, 7. — *aversam,* nach Osten. — *inermes,* die Waffen waren wol schon auf den Schiffen und das Thor hinter ihnen geschlossen (*exclusis*).

6. *dignius cr.,* s. 4, 49, 11; 1, 14, 3: *minus aegre quam dignum erat.* — *proditio,* c. 25, 8. — *dedi,* s. c. 5, 4 u. a. — *foedus Neap.,* der Umstand, dass ein Bund mit Neap. geschlossen ist, weil, wenn die Samniten die Stadt den Römern überliefert, nicht die Neapol. sich selbst an dieselben angeschlossen hätten, dieses nicht hätte geschehen können. Unerklärt aber lässt L., warum nicht Palaepolis das Bündniss schloss, und es ist nicht unwahrscheinlich, dass es als feindliche Stadt behandelt und zerstört (denn es wird nur noch c. 27, 2 erwähnt und Publilius triumphirt *an. CDXXVII K. Mai de Samnitibus Palaepolitaneis,* nicht auch über Neapolis), oder, wie *summa rei* vermuthen lässt, Neapolis untergeordnet wurde. Das Bündniss mit Neap. war übrigens ein aequum foedus und räumte demselben bedeutende Vortheile ein, Mommsen das röm. Münzrecht S. 244; Marquardt 3, 1, 30. — *summa rei Gr.,* gewöhnlicher ist *summa res,* oder *summa rerum,* s. jedoch 10, 39, 5. Der Sinn scheint zu sein: Neapolis wurde der Sitz des Staates, das alte Verhältniss c. 22, 5 aufgehoben; dass Neapolis an die Spitze von Grossgriechenland gestellt worden sei, wird sonst nicht gemeldet.

7. *triumphus,* s. § 6. — *obsidione,* wenn er auch die Stadt nicht wirklich erobert, sondern nur zur Uebergabe gezwungen habe. — *duo sing. haec,* diese beiden Auszeichnungen. — *primum — prorogat i.* ist kein Widerspruch mit 3, 4, 10, vgl. c. 23, 12. *primum,* zum ersten Male, 2, 18, 4. — *acto h.,* bisher hatten die Feldherrn gewöhnlich, s. jedoch c. 13, 9, während ihrer Amtszeit triumphirt, während später das Gegentheil regelmässig

27 Aliud subinde bellum cum alterius orae Graecis exor-
2 tum. namque Tarentini cum rem Palaepolitanam vana spe auxilii aliquamdiu sustinuissent, postquam Romanos urbe potitos accepere, velut destituti ac non qui ipsi destituissent, increpare Palaepolitanos, ira atque invidia in Romanos furere, eo etiam quod Lucanos et Apulos — nam utraque eo anno societas coepta est — in fidem populi Romani venisse
3 adlatum est: quippe propemodum perventum ad se esse, iamque in eo rem fore, ut Romani aut hostes aut domini
4 habendi sint. discrimen profecto rerum suarum in bello Samnitium eventuque eius verti. eam solam gentem restare, nec eam ipsam satis validam, quando Lucanus defecerit,
5 quem revocari adhuc inpellique ad abolendam societatem Romanam posse, si qua ars serendis discordiis adhibeatur.
6 haec consilia cum apud cupidos rerum novandarum valuissent, ex iuventute quidam Lucanorum pretio adsciti, clari
7 magis inter populares quam honesti, inter se mulcati ipsi virgis cum corpora nuda intulissent in civium coetum, vociferati sunt se, quod castra Romana ingredi ausi essent, a consulibus virgis caesos ac prope securi percussos esse.
8 deformis suapte natura res cum speciem iniuriae magis quam doli prae se ferret, concitati homines cogunt clamore suo
9 magistratus senatum vocare, et alii circumstantes concilium

war, wovon Publilius das erste Beispiel giebt, s. Becker 2, 2, 82. Ob ihm wie später das *imperium* in der Stadt für den Tag des Triumphes verliehen worden sei, wird nicht bemerkt.

27. Abfall der Lucaner.

1. *subinde*, unmittelbar darauf. — *alter.*, der Ostküste.

2. *Tarentini*, sie bedurften nach Alexanders Tode wieder den Schutz der Samniten gegen ihre nächsten Nachbarn, Lucaner und Messapier. — *cum — postquam*, 7, 23, 6. — *vana spe*, c. 25, 8. — *destituti*, 7, 10, 6. — *eo a.*, c. 25, 3. Da die beiden Völker jetzt erst an Rom sich anschlossen, glaubt L. sie seien Feinde desselben gewesen, obgleich sie mehr den Tarentinern gefährlich gewesen waren.

4. *restare*, als Gegner der Römer, wie nach der Verbindung der Lucaner und Apuler allerdings die Samniten allein standen.

5. *serendis d.*, zum Anstiften u. s. w., vgl. 3, 17, 2.

6. *cupidos r. n.*, die Verfassung Tarents war demokratisch, das Volk neuerungssüchtig. — *inter se* nicht *se inter se*, weil *mulcati* schon reflexiv ist; vgl. 1, 53, 5.

7. *castra*, wahrscheinlich ist das c. 24, 4 bezeichnete Heer gemeint.

8. *magistratus senatum*, L. denkt sich die Verhältnisse wie in Rom, s. c. 28, 6; 2, 23, 11, obgleich die Lucaner zerstreut in Städten und auf dem Lande wohnten, und eine Versammlung der Abgeordneten (*concilium*, wie in Latium, Etrurien u. a.) schwerlich so bald, als hier angenommen wird, berufen werden konnte.

bellum in Romanos poscunt, alii ad concitandam in arma multitudinem agrestium discurrunt, tumultuque etiam sanos consternante animos decernitur, ut societas cum Samnitibus renovaretur, legatique ad eam rem mitterentur. repentina 10
res quia quam causam nullam tam ne fidem quidem habebat, coacti a Samnitibus et obsides dare et praesidia in loca munita accipere: caeci fraude et ira nihil recusarunt. dilucere 11
deinde brevi fraus coepit, postquam criminum falsorum auctores Tarentum commigravere, sed amissa omni de se potestate nihil ultra quam ut paeniteret frustra restabat.

Eo anno plebei Romanae velut aliud initium libertatis 28
factum est, quod necti desierunt: mutatum autem ius ob unius feneratoris simul libidinem simul crudelitatem insignem.
L. Papirius is fuit, cui cum se C. Publilius ob aes alienum 2
paternum nexum dedisset, quae aetas formaque misericor-

9. *consternante,* s. 7, 42, 3. — *legatique,* und so, in Folge davon.

10. *quam — tam*, 7, 1, 8. — *coacti* etc., die Lucaner scheinen in zwei Parteien gespalten zu sein, vgl. c. 24, 6, von denen die eine, wahrscheinlich die Volkspartei, zu den verwandten Samniten, die andere zu Rom hält; um diese unschädlich zu machen müssen Geisseln gestellt werden u. s. w.

11. *Tarentum c.*, aus der Uebersiedlung sah man, dass sie von Tarent gewonnen waren. — *omissa* etc., sie haben sich, wie auch *obsides — accipere* zeigt, den Samniten unterwerfen müssen. Die Verbindung von *de* und seinem Casus mit einem anderen Subst. ist bei L. nicht selten, s. 3, 51, 4; 7; 4, 6, 4 u. a. An u. St. kann zu *de se* auch *statuendi* gedacht werden; der Sinn ist = *suae potestatis esse*, s. 23, 30, 9 u. a.

28. Aufhebung des Nexum.

1. *eo anno,* ob das Pötelische Gesetz in diesem Jahre gegeben ist, muss nach anderen Nachrichten zweifelhaft erscheinen, Dion. 16, 9, Valer. Max. 6, 1, 9 erwähnen es nach dem Caudinischen Vertrage, Varro L. L. 7, 105 unter der Dictatur des Poetelius, 440 nach den Fast. Cap.; dann würde sich die Nachgiebigkeit der Patricier leichter erklären. — *novum init.*, in Bezug auf 2, 1, 7; für die Plebs war es dieses in dem Sinne, weil sie immer als verschuldet und so der Schuldknechtschaft unterworfen erscheint, die Patricier die Gläubiger sind, s. 2, 23; 28; 29; 31; 6, 14 ff.; 31; 34; 35; 37; 7, 16; 19, nicht als ob die Schuldgesetze nur für sie, nicht auch für die Patricier gegolten hätten, was wenigstens seit den Zwölf Tafeln nicht mehr der Fall war, s. 3, 34, 3. — *necti desier.*, Cic. Rep. 2, 34: *nectier postea desitum.* Die Plebejer als Schuldner wurden von den Gläubigern nicht mehr in Schuldhaft gebracht. — *ius*, wie es in den Zwölf Tafeln festgestellt war und schon vorher gegolten hatte, vgl. 3, 33, 5. — *feneratores,* ungeachtet des Gesetzes, 7, 42.

2. *Papirius — Publilius,* es sind die Namen der Consuln im Jahre nach dem Caudinischen Vertrage, 9, 7, 15. — *is*, s. 7, 26, 2. — *paternum,* das er von seinem Vater empfangen hatte, denn der Sohn ist erst nach dem Tode des Vaters, als dessen Erbe, in Schuldknechtschaft getreten, Dion. l. l. *ὡς ἐν*

diam elicere poterat, ad libidinem et contumeliam animum
3 accenderunt. ut florem aetatis eius fructum adventicium crediti ratus primo perlicere adulescentem sermone incesto est conatus; dein, postquam aspernabantur flagitium aures, mi-
4 nis territare atque identidem admonere fortunae; postremo, cum ingenuitatis magis quam praesentis condicionis memo-
5 rem videret, nudari iubet verberaque adferri. quibus laceratus iuvenis cum se in publicum proripuisset, libidinem crudeli-
6 tatemque conquerens feneratoris, ingens vis hominum cum aetatis miseratione atque indignitate iniuriae accensa, tum suae condicionis liberumque suorum respectu, in forum atque
7 inde agmine facto ad curiam concurrit; et, cum consules tumultu repentino coacti senatum vocarent, introeuntibus in curiam patribus laceratum iuvenis tergum, procumbentes ad
8 singulorum pedes, ostentabant. victum eo die ob inpotentem iniuriam unius ingens vinculum fidei; iussique consules ferre ad populum, ne quis, nisi qui noxam meruisset, donec poe-

πολλῇ καταλειφθεὶς πενίᾳ u. s. w. — *nexum* ist proleptisch gebrauchtes Particip, und bezeichnet den Zustand, in welchem der das nexum Eingehende einzutreten sich verpflichtet, der jedoch erst durch das *dare* vollendet wird. — *quae aet.*, statt: in einem Alter, welches u. s. w., s. 24, 4, 2. — *poterat* (s. 4, 42, 7) — *accenderunt*, da bei zwei Subjecten der Singular und Plural stattfindet, so konnte der Wechsel des Numerus eintreten, und *accenderunt* zugleich auf *cui* bezogen werden. — *ad libidinem*, 6, 39, 5.

3. *ut flor.*, um einen in der Ansicht eines Anderen liegenden Grund anzugeben, 2, 42, 8; 3, 16, 2; 21, 18, 5 u. a. *florem*, 21, 3, 4. — *fructum adv.*, ein zu dem gesetzlich erlaubten hinzukommender Gewinn, wie Cic. Inv. 2, 21: *pecunia adventicia* u. a. — *crediti*, 6, 36, 12. — *perlicere*, das Object ist in *incesto* angedeutet.

4—6. *ingenuitatis*, die Freiheit selbst wird durch die Schuldhaft nicht berührt; über die *praesens condicio* s. 2, 23; 6, 14, 3. — *in publicum*, 2, 23, 3. — *suae — liberumque*, weil sie und ihre Kinder gleiche Misshandlungen zu fürchten hatten. — *forum* — *curiam*, 5, 55, 1; 2, 23, 11.

8. *victum*, wie einen Feind oder ein Bollwerk. — *vinculum fidei*, die Privatverträge über zu leistende Knechtsdienste, und das dadurch bedingte schnelle Executionsverfahren, s. 2, 23, 1, hatte den Credit befestigt, gestützt. — *iussique*, ein Senatsbeschluss wird den Centurien vorgelegt. — *ne quis — teneretur*, nur wirkliche Criminalverbrecher sollen künftig in Block und Fesseln gehalten werden, s. 6, 36, 12, bis zum Vollzug der Strafe (*poenam lueret*), also nicht mehr die *nexi*, da diese kein todeswürdiges Verbrechen begangen haben. L. hat wahrscheinlich an die Aufhebung der Haft selbst, nicht blos der Fesseln gedacht, wie *soluti* zeigt, obgleich dieses in den Worten des Gesetzes nicht bestimmt liegt. Durch die Allgemeinheit des Verbotes ist auch die Lage der *iudicati*, s. 6, 14, 3; ib. 11, 8, wesentlich erleichtert; doch lässt sich nicht ent-

nam lueret, in conpedibus aut in nervo teneretur, pecuniae 9
creditae bona debitoris non corpus obnoxium esset. ita nexi soluti, cautumque in posterum ne necterentur.

Eodem anno cum satis per se ipsum Samnitium bellum 29
et defectio repens Lucanorum auctoresque defectionis Tarentini sollicitos haberent patres, accessit ut et Vestinus populus Samnitibus sese coniungeret. quae res sicut eo anno 2
sermonibus magis passim hominum iactata quam in publico ullo concilio est, ita insequentis anni consulibus, L. Furio Camillo iterum Iunio Bruto Scaevae, nulla prior potiorque visa est, de qua ad senatum referrent. et quamquam *non* 3
nova res erat, tamen tanta cura patres incessit, ut pariter eam susceptam neglectamque timerent, ne aut inpunitas eorum lascivia superbiaque aut bello poenae expetitae metu

scheiden, ob bloss L., weil er sie von den *nexis* nicht unterscheidet, s. 6, 14, 10, dieselben nicht erwähnt, oder das Gesetz selbst nur die Aufhebung des nexum, von dem die Aufregung ausgegangen war, verordnet hat.

9. *pecuniae — esset,* die zweite Bestimmung des Gesetzes: für Darlehnsschulden soll nur noch das Vermögen, nicht mehr die Person selbst haften; das Abführen in die Schuldknechtschaft, s. 2, 23, 6; 6, 14, 10, soll abgeschafft sein. — *nexi soluti*, Cic. l. l.: *cum sunt propter unius libidinem omnia nexa liberata.* L. stellt dieses und das Folg., was wahrscheinlich auch ein Theil des Gesetzes war, als Folge desselben dar. Da das nexum für unwirksam erklärt ist, werden die *nexi* frei, das Gesetz erhält rückwirkende Kraft, welche nur durch den Zusatz gemildert wird bei Varro l. l.: *ut omnis, qui bonam copiam iurarunt* (dass sie hinreichende Mittel haben den Gläubiger zu befriedigen), *ne essent nexi.* — *ne necterentur,* es wird verboten den Schuldnern ferner das Versprechen abzunehmen, dass sie im Falle des Nichtzahlens Knechtsdienste thun wollen, und alle solche Versprechen für ungültig erklärt, s. Varro: *liber, qui suas operas in servitutem pro pecunia quadam debebat, dum solveret nexus vocatur.* — *hoc — sublatum ne fieret.*

29. Krieg mit den Vestinern; Nieb. 1, 479.

1. *Tarentini,* deren Verbindung mit den Samniten zu fürchten war. — *Vestinus pop.*, ein sabellisches Volk am Gran Sasso, zwischen dem Matrinus, Aternus und dem adriatischen Meere wohnend. Durch ihr Land führte eine Strasse nach dem mit Rom verbundenen und für dasselbe sehr wichtigen Apulien.

2. *publico u. c.,* im Senate oder der Volksversammlung. — *Furio,* c. 13, 1. — *Iunio,* c. 12, 13.

3. *non,* von Duker zugesetzt, ist nöthig, da die Sache nicht allein besprochen, sondern auch nach ihrer Wichtigkeit, § 3, bekannt war. — *susceptam,* s. 5, 36, 10: *acceptae;* eben so ist *inpunitas* und *poenae exp.* bedingungsweise zu nehmen: wenn sie ungestraft blieben dafür, dass sie es gewagt haben sich mit den Feinden Roms zu verbinden, oder das Bündniss mit diesem, welches L. vorauszusetzen scheint, zu verlassen, vgl. 6, 21, 3. — *ne* etc. erklärend wie 2, 36,

4 propinquo atque ira concirent finitimos populos, — et erat
genus omne abunde bello Samnitibus par, Marsi Paelignique
et Marrucini —, quos, si Vestinus attingeretur, omnes haben-
5 dos hostes. vicit tamen pars, quae in praesentia videri po-
tuit maioris animi quam consilii: sed eventus docuit fortes
6 fortunam iuvare. bellum ex auctoritate patrum populus ad-
versus Vestinos iussit. provincia ea Bruto, Samnium Camillo
7 sorte evenit. exercitus utroque ducti, et cura tuendorum
8 finium hostes prohibiti coniungere arma. ceterum alterum
consulem L. Furium, cui maior moles rerum inposita erat,
9 morbo gravi inplicitum fortuna bello subtraxit; iussusque di-
ctatorem dicere rei gerendae causa longe clarissimum bello
ea tempestate dixit L. Papirium Cursorem, a quo Q. Fabius
10 Maximus Rullianus magister equitum est dictus, par nobile
rebus in eo magistratu gestis, discordia tamen, qua prope ad
11 ultimum dimicationis ventum est, nobilius. ab altero con-
sule in Vestinis multiplex bellum nec usquam vario eventu
gestum est. nam et pervastavit agros et populando atque
urendo tecta hostium sataque in aciem invitos extraxit;
12 et ita proelio uno accidit Vestinorum res haudquaquam ta-
men incruento milite suo, ut non in castra solum refugerent
hostes, sed iam ne vallo quidem ac fossis freti dilaberentur
13 in oppida, situ urbium moenibusque se defensuri. postremo
oppida quoque vi expugnare adortus primo Cutinam ingenti
ardore militum aut vulnerum ira, quod haud fere quisquam
integer proelio excesserat, scalis cepit, deinde Cingiliam.

3. — *metu pr.* = *metu periculi propinqui.*

4. *et,* und in der That, erklärender Zusatz L's. — *genus,* s. 1, 5, 2; ib. 18, 4: der ganze Volksstamm; die 4 Völker, s. 7, 31, bildeten neben den ihnen verwandten Samniten eine besondere Eidgenossenschaft, obgleich sie jetzt nicht zusammen handeln, s. § 11, und waren wegen ihrer Tapferkeit berühmt, vgl. Nieb. R. G. 1, 112. — *Marsi Paeligni*, c. 6, 8. — *Marrucini,* Abkömmlinge der Marser, um den Berg Majella bis zum Meere. — *attingeretur,* wenn man angriffe.

5. *vicit,* wegen der Wichtigkeit der Sache, § 1. — *fortes fortun.*, 34, 37, 4 u. a.

8—10. *inplicitum,* 3, 2, 1. — *Papirium*, nach L., s. c. 23; 17, 1, ist es nicht sicher, ob er vorher Consul gewesen sei. *longe clar.* ist mehr in Bezug auf seine späteren Thaten gesagt, vergl. auch c. 16, 4. — *Maximus,* c. 18, 4. — *Rullianus,* auch *Rullus,* 30, 26, 8; 24, 9, 8. — *nobile* — *nobilius,* schon berühmt — aber noch berühmter.

11. *consule,* er führt auch nach der Ernennung des Dictators den Krieg selbständig fort.

12—13. *oppida* — *urbium*, um abzuwechseln. — *aut*, oder vielmehr. — *Cingiliam* wird wie *Cutina* nur hier erwähnt. Ueber die Zeit des Krieges s. Nieb. R. G. 3, 221.

utriusque urbis praedam militibus, quod eos neque portae 14
nec muri hostium arcuerant, concessit.

In Samnium incertis itum auspiciis est; cuius rei vi- 30
tium non in belli eventum, quod prospere gestum est, sed
in rabiem atque iras imperatorum vertit. namque Papirius 2
dictator a pullario monitus cum ad auspicium repetendum
Romam proficisceretur, magistro equitum denuntiavit, ut sese
loco teneret, neu absente se cum hoste manum consereret.
Q. Fabius cum post profectionem dictatoris per exploratores 3
conperisset perinde omnia soluta apud hostes esse, ac si
nemo Romanus in Samnio esset, seu ferox adulescens indi- 4
gnitate accensus, quod omnia in dictatore viderentur reposita
esse, seu occasione bene gerendae rei inductus, exercitu in-
structo paratoque profectus ad Inbrinium — ita vocant lo-
cum — acie cum Samnitibus conflixit. ea fortuna pugnae 5
fuit, ut nihil relictum sit, quo, si adfuisset dictator, res me-
lius geri potuerit. non dux militi, non miles duci defuit.
eques etiam auctore L. Cominio tribuno militum, qui aliquo- 6
tiens impetu capto perrumpere non poterat hostium agmen,
detraxit frenos equis, atque ita concitatos calcaribus permi-

30—40. Krieg in Samnium, Streit des Dictators Papirius und des magister eq. Fabius; Val. Max. 2, 7, 8; 3, 2, 9; Nieb. 1, 485.

1. *incertis ausp.*, vgl. c. 34, 4: *dubiis auspiciis, turbatis religionibus.* Erst nach dem Abzuge des Heeres wurde entdeckt, dass die vor demselben zu Rom genommenen Auspicien nicht sicher, zuverlässig gewesen seien. In einem solchen Falle musste der Magistrat, der dieselben genommen hatte, auf römisches Gebiet zurückkehren, um sie von Neuem anzustellen (*repetere*), was wol zu unterscheiden ist von der gänzlichen Erneuerung der Auspicien (*renovatio ausp.*) durch einen Interrex, s. c. 17, 4; 6, 41, 6, von der jedoch 5, 17, 3 auch *repetere* gebraucht wird.

2. *pullario*, da die Augurn nicht mit in das Feld ziehen, c. 23, 16, so werden die heiligen Hühner mitgenommen, und der Wärter derselben vertritt die Stelle der Augurn. Dieser bemerkt jetzt aus dem Gebaren der Hühner, dass in den Auspicien ein Fehler vorgekommen sei; s. Marquardt 2, 3, 79.

4. *ferox ad.*, als heftiger Jüngling; er ist übrigens schon 6 Jahre vorher Aedil gewesen. — *instructo par.*, mit Allem versehen und kampfbereit; eine häufige Verbindung. — *Inbrinium*, eine Gegend (*locum*, c. 11, 11), nicht eine Stadt, die nicht so nahe bei Rom gewesen sein muss, da der Dictator nach § 12 *maximis itineribus* dahin kommt, während sich aus c. 33, 3; 4 über die Entfernung nichts bestimmen lässt. Daher ist auch zu bezweifeln, dass der Ort an den Simbrivini colles im Aequerlande gelegen habe, und *Imbrivium* zu schreiben sei, s. Nieb. 1, 483.

5. *ut nih.*, 3, 9, 6.

6. *tribuno mil.*, 4, 19, 1. — *impetu c.*, 2, 65, 5. — *poterat*, immer nicht konnte; oder es ist *potuerat* zu lesen. — *detraxit fr.*,

sit, ut sustinere eos nulla vis posset. per arma, per viros
7 late stragem dedere. secutus pedes impetum equitum turbatis hostibus intulit signa. viginti milia hostium caesa eo die traduntur. auctores habeo bis cum hoste signa conlata dictatore absente, bis rem egregie gestam. apud antiquissimos scriptores una haec pugna invenitur; in quibusdam
8 annalibus tota res praetermissa est. Magister equitum, ut ex tanta caede, multis potitus spoliis congesta in ingentem acervum hostilia arma subdito igne concremavit, seu votum
9 id deorum cuipiam fuit, seu credere libet Fabio auctori eo factum, ne suae gloriae fructum dictator caperet, nomenque
10 ibi scriberet, aut spolia in triumpho ferret. litterae quoque de re prospere gesta ad senatum non ad dictatorem missae argumentum fuere minime cum eo communicantis laudes. ita certe dictator id factum accepit, ut laetis aliis victoria parta
11 prae se ferret iram tristitiamque. misso itaque repente senatu se ex curia proripuit, tum vero non Samnitium magis legiones quam maiestatem dictatoriam et disciplinam militarem a magistro equitum victam et eversam dictitans, si illi
12 inpune spretum imperium fuisset. itaque plenus minarum iraeque profectus in castra cum maximis itineribus isset, non
13 tamen praevenire famam adventus sui potuit. praecurrerant

4, 33, 7; 40, 40, 5. Etwas anders stellt Valer. Max. die Sache dar.

7. *viginti*, da die ganze Sache ungewiss ist, so fügt L. mit Recht *traduntur* hinzu. — *bis*, s. c. 33, 21. — *antiquissimos*, nach § 9 Fabius Pictor.

8. *ut ex t.*, wie es sich erwarten liess. — *congesta* etc., 45, 33, 2: *arma cumulata, ingentem acervum*, a. u. St. kann die Präposit. wegen der Wortstellung nicht wohl fehlen, 10, 29, 18: *spolia — coniecta in acervum*, vgl. 8, 1, 6; 1, 37, 5.

9. *seu cred. lib. F.*, eigentlich sollte der hiervon abhängige Satz dem vorherg. mit *seu* entgegenstehen: *seu, si credère libet Fabio*, oder *seu, id quod Fabius auctor est, eo est factum.* Die Construction ist ähnlich der von *quod — diceret*, Z. § 551. — *Fabio*, 1, 44, 2; vielleicht war in Familienschriften der Fabier der Vorgang ausführlicher erzählt. — *nomenque ibi* etc., wenn die Spolien öffentlich, etwa in einem Tempel aufgehängt würden, s. 4, 20; 9, 40 (*ibi* = *in iis*); doch ist dann die Nachstellung der Worte *aut — ferret* störend, wesshalb Freinsheim ein, bei den Römern indess selten vorkommendes, Tropäum versteht, s. 1, 10, 5; Tac. Ann. 2, 18.

10. *ad sen.*, was nur dem commandirenden Feldherrn zukam.

11. *tum vero*, jetzt habe in der That. — *maiestatem*, 4, 14, 2; Becker 2, 2, 70. — *si — fuisset*, statt eines futur. exact., in orat. rect.: *si inpune fuerit, eversa est*, s. 21, 43, 2: *si — habueritis — vicimus.* — *illi* gehört zu *inpune fuisset;* nach Anderen zu *spretum* = *ab illo.*

13. *Manli*, c. 7.

enim ab urbe qui nuntiarent dictatorem avidum poenae venire, alternis paene verbis T. Manlii factum laudantem.
Fabius contione extemplo advocata obtestatus milites est, ut 31
qua virtute rem publicam ab infestissimis hostibus defendissent, eadem se, cuius ductu auspicioque vicissent, ab inpotenti crudelitate dictatoris tutarentur. venire amentem in- 2
vidia, iratum virtuti alienae felicitatique; furere, quod se absente res publica egregie gesta esset; malle, si mutare fortunam posset, apud Samnites quam Romanos victoriam
esse. imperium dictitare spretum: tamquam non eadem 3
mente pugnari vetuerit qua pugnatum doleat. et tunc invi- 4
dia inpedire virtutem alienam voluisse cupidissimisque arma ablaturum fuisse militibus, ne se absente moveri possent; et nunc id furere, id aegre pati, quod sine L. Papirio non inermes, non manci milites fuerint, quod se Q. Fabius magi-
strum equitum duxerit ac non accensum dictatoris. quid 5
illum facturum fuisse, si, quod belli casus ferunt Marsque communis, adversa pugna evenisset, qui sibi devictis hostibus re publica bene gesta, ita ut non ab illo unico duce melius
geri potuerit, supplicium magistro equitum minetur! neque 6
illum magistro equitum infestiorem quam tribunis militum, quam centurionibus, quam militibus esse. si posset, in omnes saeviturum fuisse; quia id nequeat, in unum saevire —
etiam invidiam tamquam ignem summa petere — in caput 7
consilii, in ducem incurrere. si se simul cum gloria rei gestae extinxisset, tunc victorem velut in capto exercitu dominantem, quidquid licuerit in magistro equitum, in militi-
bus ausurum. proinde adessent in sua causa omnium liber- 8
tati. si consensum exercitus eundem, qui in proelio fuerit,

31. 1. *ductu ausp.*, c. 33, 22, kam nur dem Oberanführer zu, *und* hätte von Fabius nur gesagt werden können, wenn der Dictator ihm seine Auspicien übertragen hätte, s. 21, 40, 3: *ibi frater — meis auspiciis res gerit.* Denn der mag. equit. hat wol auch Auspicien, die aber denen des Dictators untergeordnet sind. — *inpotenti*, 3, 36, 2.

2—5. *res p.*, 7, 3, 9. — *quam Rom.*, 3, 19, 4. — *cupidissimis* n. *pugnandi*, was durch *arma* angedeutet ist. — *id furere*, Zumpt § 385. — *manci*, 7, 13, 6. — *accensum*, 3, 33, 8. — *Mars com.*, 7, 8, 1.

6. *si posset*, die Lesart der meisten Hdss.: *si possit* scheint wegen des Gegensatzes: *quia id nequeat* und wegen *fuisse* nicht zulässig.

7. *invidiam* etc., 45, 35, 5: *intacta invidia media sunt, ad summa ferme tendit;* Vell. Pat. 1, 9, 6. — *in mag. eq.; in milit.*, 3, 17, 8; 5, 3, 8.

in tuenda victoria videat, et salutem unius omnibus curae
esse, inclinaturum ad clementiorem sententiam animum.
9 postremo se vitam fortunasque suas illorum fidei virtutique
32 permittere. Clamor est tota contione ortus, uti bonum ani-
mum haberet, neminem illi vim adlaturum salvis legionibus
Romanis. haud multo post dictator advenit, classicoque ex-
2 templo ad contionem advocavit. tum silentio facto praeco
Q. Fabium magistrum equitum citavit; qui simul ex inferiore
3 loco ad tribunal accessit, tum dictator „quaero" inquit „de
te, Q. Fabi, cum summum imperium dictatoris sit, pareant-
que ei consules, regia potestas, praetores isdem auspiciis
quibus consules creati, aequum censeas necne magistrum
4 equitum dicto audientem esse? itemque illud interrogo, cum
me incertis auspiciis profectum ab domo scirem, utrum mihi
turbatis religionibus res publica in discrimen committenda
fuerit, an auspicia repetenda, ne quid dubiis dis agerent?
5 simul illud, quae dictatori religio inpedimento ad rem geren-
dam fuerit, num ea magister equitum solutus ac liber po-
tuerit esse? sed quid ego haec interrogo, cum, si ego tacitus
abissem, tamen tibi ad voluntatis interpretationem meae di-
6 rigenda tua sententia fuerit: — quin tu respondes, vetue-
rimne te quicquam rei me absente agere, vetuerimne signa
7 cum hostibus conferre? quo tu imperio meo spreto, incertis
auspiciis, turbatis religionibus adversus morem militarem di-
sciplinamque maiorum et numen deorum ausus es cum hoste

8. *videat* n. *dictator*, was auch § 2 bei *venire* zu denken ist.

32. 1. *classico*, 7, 36, 9.

2. *praeco*, der in Gerichtsverhandlungen die Beklagten vorlud. — *ad trib.*, es ist links vor dem praetorium, nach den principia zu, und ziemlich geräumig zu denken, da nach c. 33, 1 die Tribunen auf demselben Platz haben.

3. *summum i. d. s.* = *dictatoris imperium summum imperium sit.* — *regia pot.*, 2, 1, 7; über die Apposition 1, 20, 3. — *iisdem a.*, 7, 1, 6. Der mag. equit steht niedriger, s. 6, 39, 3. Die Stelle zeigt deutlich, dass selbst die höchsten Magistrate dem Dictator untergeordnet waren, vergl. c. 35, 1. Nachdem § 3 überhaupt die Pflicht des mag. eq. dem Dictator zu gehorchen nachgewiesen ist, zeigt § 4–5 dass dieses besonders bei religiösen Hindernissen; § 5 *sed quid* — § 8, dass es namentlich bei dem ausdrücklichen Befehle des Dictators geschehen müsse.

4–5. *in discrim.*, 4, 27, 6. — *turbatis* etc., c. 30, 1. — *religio*, religiöse Bedenken und Hindernisse. — *inped. ad*, 5, 25, 3. — *ad volunt. int.:* du hättest daraus meinen Willen, dass (in der Abwesenheit des Oberfeldherrn) nichts unternommen werden solle, erkennen können.

6—8. *quin t. r.*, antworte vielmehr, indem *quin* den Gegensatz zu dem Vorhergeh. und eine Steigerung enthält. — *quo tu* = *tamen*

confligere. ad haec quae interrogatus es responde, at extra 8
ea cave vocem mittas. accede, lictor." adversus quae sin- 9
gula cum respondere haud facile esset, et nunc quereretur
eundem accusatorem capitis sui ac iudicem esse, modo vi-
tam sibi eripi citius quam gloriam rerum gestarum posse vo-
ciferaretur, purgaretque se in vicem atque ultro accusaret, 10
tunc Papirius redintegrata ira spoliari magistrum equitum ac
virgas et secures expediri iussit. Fabius fidem militum in- 11
plorans lacerantibus vestem lictoribus ad triarios tumultum
iam [in contionem] miscentes sese recepit. inde clamor in 12
totam contionem est perlatus: alibi preces, alibi minae au-
diebantur. qui proximi forte tribunali steterant, quia subiecti
oculis imperatoris noscitari poterant, orabant, ut parceret
magistro equitum, neu cum eo exercitum damnaret: extrema 13
contio et circa Fabium globus increpabant inclementem di-
ctatorem, nec procul seditione aberant. ne tribunal quidem
satis quietum erat. legati circumstantes sellam orabant, ut 14
rem in posterum diem differret, et irae suae spatium et con-
silio tempus daret. satis castigatam adulescentiam Fabii esse, 15
satis deformatam victoriam: ne ad extremum finem supplicii
tenderet, neu unico iuveni, neu patri eius clarissimo viro,
neu Fabiae genti eam iniungeret ignominiam. cum parum 16
precibus, parum causa proficerent, intueri saevientem contio-

tu eo. — *at e. e.* etc., aber hüte dich wohl. — *accede,* 3, 41, 3.

9. *quae s.,* da die Hdss. fast alle *singula quae* haben, ist vielleicht *singula quaeque* zu lesen; Lucret. 2, 165; 396. — *accusator cap.,* weil man sagt *accusare capitis,* und nach der Analogie von *reus capitis.* — *nunc* — *modo,* sonst mehr dichterisch, Ov. Met. 13, 922 u. a. — *citius q.,* schneller, eher, Cic. Off. 1, 18, 59.

10. *spoliari* ist wie im Folgend. *lacerantibus* als conatus zu nehmen, s. 2, 55, 5. — *expediri,* aus den mit purpurnen Bändern umwundenen fasces.

11. *triarios,* die Soldaten standen auch in der contio nach Manipeln geordnet, wie in der Schlacht, die Triarier also zuletzt, s. Tac. Ann. 1, 34. — *in contionem* ist wahrscheinlich aus der folg. Zeile hierher gekommen. — *miscentes,* Lärm und dadurch Unordnung veranlassen.

12. *steterant,* s. 7, 23, 7; Virg. Aen. 3, 110; vgl. 1, 28, 2: *qui proximi constitere.*

13. *extrema c.,* Tac. Ann. 1, 35: *extrema et conglobata inter se pars contionis.* — *et circa* etc., die Triarier, Erklärung des Vorhergehend. — *increpabant,* Zumpt § 367.

14. *sellam,* s. Suet. Galba 18: *neque milites allocuturo castrensem sellam de more positam pro tribunali.* — *irae sp.,* 2, 56, 16.

15. *extrem. fin.,* Pleonasmus um den Begriff zu steigern. — *Fabiae g.,* vgl. 3, 58, 2.

16. *causa,* die Entschuldigung und Vertheidigung. — *eius,* 4, 16, 7.

nem iubebant. ita inritatis militum animis subdere ignem ac materiam seditioni non esse aetatis non prudentiae eius.
17 neminem id Q. Fabio poenam deprecanti suam vitio versurum, sed dictatori, si occaecatus ira infestam multitudinem
18 in se pravo certamine movisset. postremo ne id se gratiae dare Q. Fabii crederet, se ius iurandum dare paratos esse non videri e re publica in Q. Fabium eo tempore animad-
33 verti. His vocibus cum in se magis incitarent dictatorem quam magistro equitum placarent, iussi de tribunali descen-
2 dere legati; et silentio nequiquam per praeconem temptato, cum prae strepitu ac tumultu nec ipsius dictatoris nec apparitorum eius vox audiretur, nox velut in proelio certamini
3 finem fecit. magister equitum iussus postero die adesse, cum omnes adfirmarent infestius Papirium exarsurum agitatum contentione ipsa exacerbatumque, clam ex castris Romam
4 profugit; et patre auctore M. Fabio, qui ter iam consul dictatorque fuerat, vocato extemplo senatu cum maxime conquereretur apud patres vim atque iniuriam dictatoris, repente
5 strepitus ante curiam lictorum summoventium auditur: et ipse infensus aderat, postquam conperit profectum ex castris, cum expedito equitatu secutus. iterata deinde contentio; et prendi
6 Fabium Papirius iussit. ubi cum deprecantibus primoribus patrum atque universo senatu perstaret in incepto inmitis
7 animus, tum pater M. Fabius „quando quidem“ inquit „apud te nec auctoritas senatus nec aetas mea, cui orbitatem paras, nec virtus nobilitasque magistri equitum a te ipso nominati valet, nec preces, quae saepe hostem mitigavere, quae
8 deorum iras placant, tribunos plebis appello et provoco ad

18. *gratiae d.*, 3, 58, 4.

33. 2. *silentio,* 43, 16, 8: *audientiam facere praeconem iussit.*

3. *adesse*, von dem Beklagten gebraucht. — *contentione*, durch die leidenschaftliche Verhandlung, Cic. Or. 1, 11, 47; doch haben die meisten Hdss. *conventione.*

4. *ter iam c. d.*, 7, 22, 10; ib. 18, 10. — *vocato*, da nach Cic. Legg. 3, 4, 10 der mag. equit. das Recht hat den Senat zu berufen, hat L. wahrscheinlich nicht sagen wollen, dass Fabius auf den Rath seines Vaters den praefectus urbis zur Berufung des Senates veranlasst habe, s. Becker 2, 2, 402. — *cum max.*, die beiden Perioden § 1—2 und 3—4 sind gleich geformt: *cum — et — cum.* — *lictorum sum.*, vgl. 6, 34, 6.

5. *et ipse,* und sogleich, und damit war er selbst da und liess. — *prendi*, als Schuldigen, s. 3, 56, 4; 2, 56, 13 u. a.

6. *universo* n. *reliquo,* s. 4, 51, 3.

7. *nominati*, 6, 20, 8. — *tribunos pl. a.*, 3, 56, 5; ib. 41, 4; Becker 2, 2, 265. — *provoco*, der Vater provocirt vermöge der patria potestas für den Sohn; sonst ist die Situation der 1, 26, 8 geschilderten sehr ähnlich. Es ist das einzige Beispiel einer Provocation

populum, eumque tibi fugienti exercitus tui, fugienti sena-
tus iudicium iudicem fero, qui certe unus plus quam tua
dictatura potest polletque. videro cessurusne provocationi
sis, cui rex Romanus Tullus Hostilius cessit.“ ex curia in 9
contionem itur. quo cum paucis dictator, cum omni agmine
principum magister equitum cum escendisset, deduci eum de
rostris Papirius in partem inferiorem iussit. secutus pater 10
„bene agis,“ inquit „cum eo nos deduci iussisti, unde et
privati vocem mittere possemus.“ ibi primo non tam per-
petuae orationes quam altercatio exaudiebantur. vincit deinde 11
strepitum vox et indignatio Fabi senis, increpantis superbiam

von dem Dictator an das Volk, die nach Festus p. 198 *Optima lex* gestattet gewesen sein soll. Im vorliegenden Falle wird sie nur versucht, und nach § 8 und c. 34, 2 für beispiellos und unrechtmässig erklärt, vgl. 3, 55, 4; 4, 14, 4; wenigstens Papirius erkennt das Recht zur Provocation gegen die Dictatur nicht an, sondern betrachtet sie als die Vernichtung derselben, c. 34, 5 f., und würde, selbst wenn sie gestattet war, da es sich jetzt um ein Vergehen gegen das *imperium* militare handelt, schwerlich verpflichtet gewesen sein sich derselben zu unterwerfen, vgl. Rubino 1, 440; Becker 2, 2, 168 f.

8. *fugienti*, 6, 27, 6. — *iudicium iudicem*, absichtlich zusammengestellt, obgleich *iudicem* das Volksgericht, *iudicium* Urtheil, Ansicht bezeichnet. — *iudicem f.*, 3, 57, 5. — *unus*, einzig und allein, als Quelle aller Macht, § 17, deren Ausübung es nur den Magistraten überträgt, 2, 7, 7. — *tua dictat.*, gerade diese wurde nicht von dem Volke oder im Auftrage desselben verliehen, s. 5, 46, sondern nach einem Senatsbeschlusse und den Auspicien; daher der Gegensatz, c. 34, 2. — *potest p.*, 1, 24, 8. — *videro*, der Erfolg wird sein, dass ich sehe. — *rex Rom.*, der höher stand als der Dictator, da diesem die königliche Gewalt nur auf 6 Monate übertragen wird. — *Tullus*, 1, 26. — *cessurusne*, ob du deine Strafgewalt hemmen wirst, dass das Volk seine Ansicht aussprechen kann.

9. *in contionem*, in Folge der Provocat., die eigentlich ein Herausrufen aus dem Gerichte an das Volk ist, geht man aus der Curie auf das Comitium, wo das Volk versammelt ist, und als contio betrachtet wird. In der contio konnte die Sache nicht entschieden werden, da hierzu Comitien hätten berufen werden müssen, s. 1, 26, 5, sondern es soll sich nur zeigen, ob die Tribunen und das Volk geneigt sind sich der Sache des Fabius anzunehmen, 1, 26, 8: *ita de provocatione certatum ad populum.* — *quo* ist wie 2, 7, 7: *in contionem escendit* gesagt, jedoch mit Rücksicht auf die sogleich erwähnten rostra. — *deduci de r.*, als Magistrat hätte der mag. eq. von den rostra sprechen dürfen, aber nicht dem Dictator gegenüber und als Beklagter.

10. *bene ag.*, ironisch. — *cum*, dadurch dass, gewöhnlicher ist *quod.* — *privati*, s. 45, 36, 1, sie dürfen, wenn ihnen das Wort gegeben ist, nur *de plano*, § 9: *locum inferiorem*, reden. — *altercat.*, 4, 6, 1.

11—14. *vincit*, er schaffte sich Gehör. — *vox et in.*, hendiadyoin.

crudelitatemque Papiri; se quoque dictatorem Romae fuisse
12 nec a se quemquam ne plebis quidem hominem, non centu-
13 rionem, non militem violatum: Papirium tamquam ex hostium
ducibus sic ex Romano imperatore victoriam et triumphum
petere. quantum interesse inter moderationem antiquorum
14 et novam superbiam crudelitatemque! dictatorem Quinctium
Cincinnatum in L. Minucium consulem ex obsidione a se
ereptum non ultra saevisse, quam ut legatum eum ad exer-
15 citum pro consule relinqueret. M. Furium Camillum in L.
Furio, qui contempta sua senectute et auctoritate foedissimo
cum eventu pugnasset, non solum in praesentia moderatum
irae esse, ne quid de collega secus populo aut senatui scri-
16 beret, sed, cum revertisset, potissimum ex tribunis consula-
ribus habuisse, quem ex collegis optione ab senatu data so-
17 cium sibi imperii deligeret. nam populi quidem, penes quem
potestas omnium rerum esset, ne iram quidem umquam atro-
ciorem fuisse in eos, qui temeritate atque inscitia exercitus
amisissent, quam ut pecunia eos multaret: capite anquisitum
ob rem bello male gestam de imperatore nullo ad eam diem
18 esse. nunc ducibus populi Romani, quae ne victis quidem
bello fas fuerit, virgas et secures victoribus et iustissimos
19 meritis triumphos intentari. quid enim tandem passurum
fuisse filium suum, si exercitum amisisset, si fusus fugatus
castris exutus fuisset? quo ultra iram violentiamque eius ex-
20 cessuram fuisse, quam ut verberaret necaretque? quam con-
veniens esse, propter Q. Fabium civitatem in laetitia victoria
21 supplicationibus ac gratulationibus esse; eum, propter quem

— *nec — non*, und doch nicht — ebenso wenig. — *dictatorem Q.*, obgleich auch Dictator, durch die chiastische Stellung gehoben. — *Minucium*, 3, 29. — *pro cons.*, c. 23, 12. — *ultra quam* ist wie *contra, supra quam* bei L. nicht selten.

15. *in Furio*, c. 31, 7. — *sua*, auf das logische Subject bezogen, 1, 5, 5; 4, 33, 5. Ueber die Sache 6, 25. — *aut sen.*, oder vielmehr, da an das Volk nicht berichtet wurde.

16. *potissimum*, 1, 34, 6. — *ex colleg.* soll sein Verhältniss zu ihnen näher bezeichnen, sonst könnte es fehlen.

17. *nam — quidem*, von dem Volke erst verstehe es sich von selbst, § 8. — *inscitia*, 7, 34, 13. — *pecunia eos m.*, 2, 52; 54; 4, 40 u. a. — *capite anq.*, Klage auf eine Kapitalstrafe, Tod oder Exil.

18. *quae* verallgemeinert, vergl. auch 3, 70, 1. — *victis*, c. 29, 3: *suscept.*

19. *eius*, wessen?

20. *quam — esse*, in orat. recta: *quam — est.* Im Folg. ist *propter — esse* dem folg. Satze gleichgestellt statt untergeordnet. Die Gedankenreihe wie 1, 26, 10. — *in victoria supp.* etc. hat sich in der Construct. an *laetitia esse* angeschlossen. — *ac gratul.* stellt ne-

deum delubra pateant, arae sacrificiis fument, honore donis
cumulentur, nudatum virgis lacerari in conspectu populi Ro-
mani, intuentem Capitolium atque arcem deosque ab se duo-
bus proeliis haud frustra advocatos? quo id animo exerci- 22
tum, qui eius ductu auspiciisque vicisset, laturum? quem
luctum in castris Romanis, quam laetitiam inter hostes fore?
haec simul iurgans, querens, deum hominumque fidem obte- 23
stans, et conplexus filium plurimis cum lacrimis agebat.
Stabat cum eo senatus maiestas favor populi tribunicium au- **34**
xilium memoria absentis exercitus. ex parte altera imperium 2
invictum populi Romani, et disciplina rei militaris, et dicta-
toris edictum pro numine semper observatum, et Manliana
imperia, et posthabita filii caritas publicae utilitati iactaban-
tur. hoc etiam L. Brutum, conditorem Romanae libertatis, 3
antea in duobus liberis fecisse: nunc patres comes et senes
faciles de alieno imperio spreto, tamquam rei parvae, disci-
plinae militaris eversae iuventuti gratiam facere. se tamen 4
perstaturum in incepto, nec ei, qui adversus dictum suum
turbatis religionibus ac dubiis auspiciis pugnasset, quicquam
ex iusta poena remissurum. maiestas imperii perpetuane 5

ben das Genus die Species, welche im Folg. weiter ausgeführt wird.

21—23. *propter quem* = *cuius causa*, vorher = *cuius opera*. — *honore*, was auf und an den Altären zu Ehren der Götter geschieht, Gebete, Libationen u. a. — *nudatum*, 2, 5, 8. — *Capitol.* etc., 6, 20, 9. — *quo id a.* etc., 3, 47, 7. — *ductu ausp.*, c. 30, 1. — *simul — et* gehören zusammen: unter Schelten, Klagen u. s. w.

34. 1. *maiestas*, c. 30, 11; § 5: *maiest. imp. Rom.*

2 *imperium inv. p. R.* Das röm. Volk im ideellen Sinne, s. 1, 24, 5, als Staat, hat das imperium milit., und überträgt es durch die *lex curiata*, 5, 52, 16; Becker 2, 1, 333 ff. Vermöge desselben wird die *disciplina mil.*, um die es sich besonders handelt, aufrecht erhalten. — *pro numine*, vgl. c. 33, 8; 6, 16, 3; Becker 2, 2, 163. — *Manliana*, c. 7, 22.

3. *etiam* und *antea*, in Bezug auf *posthabita* etc. — *de alieno i. sp.* ist wahrscheinlich mit *faciles* zu verbinden: nachsichtig in Rücksicht auf, wenn es sich handelt um; so dass der Nachdruck auf *alieno* liegt, da sie (Fabius besonders) nicht von dem Ihrigen, sondern von dem Besitze der Dictatur etwas verschenkten, s. 3, 1, 3: *largiendo de alieno;* Plin. Ep. 4, 13, 8: *de alieno negligentes, certe de suo diligentes erant.* Die Worte auf *gratiam facere*, s. 3, 56, 4, zu beziehen ist wegen der dazwischen stehenden Genitive nicht möglich. — *tamquam r. p.*, vorangestellte Apposition.

4. *dictum* statt des gewöhnlichen *edictum*, s. 2, 18, 8; 22, 25, 13; *dicto audientem esse* u. a.

5. *maiest. imp.*, c. 30, 11. — *perpetuane* von *non esse in s. p.* abhängig, c. 25, 11; Cic. Fin. 2, 32, 104: *in nostrane potestate est, quid meminerimus?* Sall. I. 14, 4; 31, 5: *verum id frustra an ob*

6 esset, non esse in sua potestate: L. Papirium nihil e iure eius deminuturum. optare ne potestas tribunicia, inviolata ipsa, violet intercessione sua Romanum imperium, neu populus in se potissimum dictatorem et ius dictaturae extin-
7 guat. quod si fecisset, non L. Papirium, sed tribunos, sed pravum populi iudicium nequiquam posteros accusaturos, cum polluta semel militari disciplina non miles centurionis, non centurio tribuni, non tribunus legati, non legatus consulis,
8 non magister equitum dictatoris pareat imperio; nemo hominum, nemo deorum verecundiam habeat; non edicta im-
9 peratorum, non auspicia observentur, sine commeatu vagi milites in pacato, in hostico errent, inmemores sacramenti licentia sola se ubi velint exauctorent, infrequentia deseran-
10 tur signa, neque conveniatur ad edictum, nec discernatur, interdiu nocte, aequo iniquo loco, iussu iniussu imperatoris pugnent, et non signa, non ordines servent; latrocinii modo

rem faciam, in vostra manu situm est. Andere fassen *ne* als Prohibitivpartikel, wo jedoch *ut* oder *ne non* zu erwarten wäre.

6. *nihil e.* etc., in einigen Hdss. fehlt *iure,* in allen die Präposition, die meisten haben *eius iure*, s. 2, 1, 7: *quod deminutum quicquam sit ex regia potestate;* Caes. B. G. 1, 53, 6. *iure* bezieht sich auf den Gesammtbegriff *maiestas imp.*, zunächst auf *imperii.* — *intercessione*, gegen die Vollziehung der Strafe an dem mag. equitum, s. c. 35, 1; das Folg.: *neu populus* bezieht sich auf die Provocation. — *inviolata*, 2, 1, 4. — *in se*, an ihm während seiner Amtsführung. — *dictatorem,* eine harte Metapher, s. 5, 16, 9, die durch das Folg.: *et ius dict.*, wo statt des persönlichen der sächliche Ausdruck eintritt, erklärt wird. Die Stelle deutet an, dass eine Intercession und Provocation gegen den Dictator noch nie erhoben sei; obgleich der Dictator dem Willen der Tribunen und des Volkes nachzugeben bereit ist, dasselbe aber abmahnt, ein neues Recht einzuführen, c. 32, 7.

7. *sed — sed,* um beides mehr zu scheiden und zu heben, s. 24, 14, 8. — *disciplina*, der zweite § 2 berührte Gegenstand, da es sich darum handelt, ob das imperium militare aufrecht erhalten werden soll. Die Frage hätte bei einem Consul nicht in der Stadt erhoben werden können, da hier dessen imper. mil. durch die provocatio beschränkt war. — *non miles* etc., vgl. Tac. H. 1, 84: *ne miles centurioni, ne centurio tribuno obsequatur* etc.

8. *nemo h. n. d.*, derselbe Gegensatz findet statt in *edicta* etc. und *auspicia; sacramenti* und *licentia; latrocinii* und *sacrata* etc.

9. *hostico*, 6, 31, 7. — *sola*, 2, 3, 4. — *exauctorent*, die Verabschiedung, das Entlassen von dem Fahneneide, konnte nur von dem geschehen dem er geleistet war, vgl. 7, 39, 1. — *infrequentia s.*, s. 7, 8, 6; es ist proleptisch gesagt. Dieses sowol als das Folg. ist Ausführung von *inmemores sacramenti.* s. 3, 20, 3.

10. *interdiu* etc., das Fehlen der Fragwörter hebt die Gegensätze. — *non signa*, die Manipel; Fahnen der Legionen werden bei L. nicht erwähnt, s. 4, 37, 11; 9, 13 u. a.; Marquardt 3, 2, 265. — *latrocinii*, ohne gesetzliche Ankündigung und

caeca et fortuita pro sollemni et sacrata militia sit —:
horum criminum vos reos in omnia saecula offerte, tribuni 11
plebi, vestra obnoxia capita pro licentia Q. Fabii obicite.
Stupentes tribunos et suam iam vicem magis anxios quam **35**
eius, cui auxilium ab se petebatur, liberavit onere consensus
populi Romani ad preces et obtestationem versus, ut sibi
poenam magistri equitum dictator remitteret. tribuni quoque 2
inclinatam rem in preces subsecuti orare dictatorem insi-
stunt, ut veniam errori humano, veniam adulescentiae Q. Fa-
bii daret, satis eum poenarum dedisse. iam ipse adulescens, 3
iam pater M. Fabius contentionis obliti procumbere ad ge-
nua et iram deprecari dictatoris. tum dictator silentio facto 4
„bene habet“ inquit, „Quirites: vicit disciplina militaris, vi-
cit imperii maiestas, quae in discrimine fuerunt an ulla post
hanc diem essent. non noxae eximitur Q. Fabius, qui con- 5
tra edictum imperatoris pugnavit, sed noxae damnatus dona-
tur populo Romano, donatur tribuniciae potestati, precarium
non iustum auxilium ferenti. vive, Quinte Fabi, felicior hoc 6
consensu civitatis ad tuendum te quam qua paulo ante ex-
sultabas victoria. vive, id facinus ausus, cuius tibi ne pa-
rens quidem, si eodem loco fuisset, quo fuit L. Papirius,

regelmässiges Commando, 2, 48, 5. — *sacrata*, durch das sacramentum, Marquardt 3, 2, 293.

11. *obnoxia*, als schuldbeladen, gehört zum Prädicate *obicite*.

35. 1. *suam vic.*, 1, 26, 5, wegen der schweren Verantwortlichkeit, welche der Dictator ihnen auflud, zugleich eine Andeutung, dass das auxilium tribunicium gegen den rechtmässigen Gebrauch der Dictatur nicht schützte, s. 4, 14; 6, 16, wenn es auch gegen den unrechtmässigen von den Tribunen angewendet wurde, s. 6, 38, 9; 7, 3, 9; ib. 21, 1; Becker 2, 2, 171. Eben so zeigt *ad preces* etc. dass das Volk sich nicht für berechtigt hält auf die Provocation einzugehen. — *consensus*, s. 4, 51, 3. — *sibi — remitt.*, ihm zu Liebe erlasse.

2—3. *inclin. rem* etc., als sie sahen, dass das Volk nur bittweise verfuhr, schlossen sie sich demselben an. — *contentionis*, c. 33, 3.

4. *bene h.*, 6, 35, 8. — *quae — fuerunt*, die persönliche Construction ist durch das Relativum veranlasst. — *an* enthält hier eine wirkliche Ungewissheit, daher *ulla* nicht *nulla*. — *essent* konnte wegen *post h. d.* die Stelle von *futura essent* vertreten.

5. *noxae*, vgl. 6, 24, 8: er wird nicht freigesprochen von dem Verbrechen, das er durch seine Widersetzlichkeit gegen das Recht der Dictatur und das imperium militare begangen hat, sondern, obgleich für schuldig erklärt der strafbaren Widersetzlichkeit, begnadigt, vgl. Val. Max. 2, 7, 8: *testatus est* (Papirius) *se poenam illam non Fabio sed populo et tribuniciae concedere potestati.* — *precarium*, § 1.

6. *consensu*, § 1. — *Papirius* st. *ego*, wie c. 34, 5.

7 veniam dedisset. mecum ut voles reverteris in gratiam: populo Romano, cui vitam debes, nihil maius praestiteris quam si hic tibi dies satis documenti dederit, ut bello ac pace
8 pati legitima imperia possis." cum se nihil morari magistrum equitum pronuntiasset, degressum eum templo laetus senatus laetior populus, circumfusi ac gratulantes hinc ma-
9 gistro equitum hinc dictatori, prosecuti sunt; firmatumque imperium militare haud minus periculo Q. Fabii quam sup-
10 plicio miserabili adulescentis Manlii videbatur. forte ita eo anno evenit, ut quotienscumque dictator ab exercitu recessit, hostes in Samnio moverentur. ceterum in oculis exemplum erat Q. Fabius M. Valerio legato, qui castris praeerat, ne quam vim hostium magis quam trucem dictatoris iram time-
11 ret. itaque frumentatores cum circumventi ex insidiis caesi loco iniquo essent, creditum vulgo est subveniri eis ab le-
12 gato potuisse, ni tristia edicta exhorruisset. ea quoque ira alienavit a dictatore militum animos iam ante infensos, quod inplacabilis Q. Fabio fuisset, et, quod suis precibus negasset, eius populo Romano veniam dedisset.

36 Postquam dictator praeposito in urbe L. Papirio Crasso magistro equitum, Q. Fabio vetito quicquam pro magistratu

7. *reverteris*, je nachdem du willst kannst du dich mit mir versöhnen, der Erfolg wird nicht fehlen. L. will die Grossmuth des Pap. darstellen, obgleich c. 36, 1 damit nicht übereinstimmt, wesshalb Garatoni zu Cic. Phil. 2, 46 *reverteris in gratiam* für ein Glossem erklärt.

8. *non mor.*, 4, 42, 8. — *templo*, c. 14, 12, er hat während der Verhandlung die rostra nicht verlassen. — *hinc — hinc*, 1, 13, 2.

9. *imperium mil.* wird als der Hauptgrund, um den es sich gehandelt hat, nochmals hervorgehoben, da es durch die Zulassung der Intercession und Provocation wäre vernichtet worden, Becker 2, 2, 285.

10. *eo an.* kann nur das Amtsjahr der c. 29 genannten Consuln sein, obgleich vielleicht in der Quelle L's ein anderer Sinn in den Worten lag, da nach den Capitol. und den Triumphalfasten die Dictatur des Papirius auch das ganze folgende Jahr gedauert haben soll, was jedoch gegen alles Gesetz gewesen sein würde, s. Nieb. R. G. 2, 627; 3, 221; 226; Becker 2, 2, 100. — *quotienscumque etc.* bezieht sich auf die c. 30 und 33 erwähnte Abwesenheit des Dictators, und die letztere scheint längere Zeit gedauert zu haben. — *exemplum er.* — *ne*, vgl. 7, 6, 11: *documento fuisse ne*; vgl. 24, 8, 20.

12. *ea* = *eius cladis*, 1, 30, 4. — *populo R.*, obgleich auch die Soldaten zu dem Volke in concretem Sinne, der Volksmenge, gehören, ist doch schon § 1 u. 7 *pop. Rom.* gebraucht, weil zunächst die Bürgerschaft, s. § 6: *consensu civitatis*, das Volk in ideellem Sinne, den Staat vertritt, s. c. 34, 2.

36—37. Sieg über die Samniten, Volksgericht über die Tusculaner.

1. *praeposito i. u.*, er wird als praefectus urbis eingesetzt. — *pro*

agere, in castra rediit, neque civibus satis laetus adventus
eius fuit, nec hostibus quicquam adtulit terroris. namque 2
postero die, seu ignari venisse dictatorem, seu adesset an
abesset, parvi facientes, instructa acie ad castra accesserunt.
ceterum tantum momenti in uno viro L. Papirio fuit, ut si 3
ducis consilia favor subsecutus militum foret, debellari eo
die cum Samnitibus potuisse pro haud dubio habitum sit:
ita instruxit aciem loco ac subsidiis, ita omni arte bellica 4
firmavit. cessatum a milite, ac de industria, ut obtrectaretur
laudibus ducis, inpedita victoria est. plures Samnitium ce-
cidere, plures Romani vulnerati sunt. sensit peritus dux, 5
quae res victoriae obstaret, temperandum ingenium suum esse
et severitatem miscendam comitate. itaque adhibitis legatis 6
ipse circum saucios milites inserens in tentoria caput, sin-
gulosque, ut sese haberent, rogitans curam eorum nominatim
legatis tribunisque et praefectis demandabat. rem per se 7
popularem ita dexter egit, ut medendis corporibus animi
multo prius militum imperatori reconciliarentur, nec quic-
quam ad salubritatem efficacius fuerit, quam quod grato
animo ea cura accepta est. refecto exercitu cum hoste con- 8
gressus haud dubia spe sua militumque ita fudit fugavitque
Samnites, ut ille ultimus eis dies conferendi signa cum di-
ctatore fuerit. incessit deinde, qua duxit praedae spes, vi- 9
ctor exercitus, perlustravitque hostium agros nulla arma,
nullam vim nec apertam nec ex insidiis expertus. addebat 10

mag., s. 6, 38, 9. Fabius behält also das Amt, darf aber die Functionen desselben nicht ausüben. Der Dictator untersagt dieses vermöge seines höheren imperium den ihm untergeordneten Magistraten; die Abdication des mag. equitum hat er eben so wenig angeordnet, s. c. 33, 14; 3, 29, 3; Becker 2, 2, 55; 76, als Papirius zum mag. equ. ernannt.

3. *potuisse*, in or. recta: *si subsecutus foret, potuit.*

4. *ita*, praef. 11: *adeo.* — *subsidiis*, er stellte eine starke Reserve auf, vgl. 2, 31, 2; 4, 28, 2.

6. *circum*, bei — herum. — *inserens i. t.*, indem er die das Zelt bildenden Felle (*vela*) bei Seite schob; vgl. Tac. Ann. 1, 71. — *praefecti*, es sind die *praefecti socium*, welche dieselbe Stellung bei diesen wie die *tribuni* in der Legion haben, s. Marquardt 3, 2, 302.

7. *dexter*, praef. 11. — *medendis corp.*, indem er, dadurch dass er für die Heilung sorgte, gewann er die Liebe der Soldaten früher wieder, als es ohne dieses geschehen sein würde; wie seine Sorge für den Körper eine Wirkung auf den Geist hatte, so die dankbare, gemüthvolle Aufnahme derselben eine Wirkung auf den Körper (*ad salub. eff.*). Ueber die Construction in *medend. corp.* Zumpt § 657.

9—11. *qua*, 1, 27, 6, hier wie 3, 51, 10: *media urbe — pergunt, vado transire* u. a. — *expertus*, s. 4, 10, 5. — *edixerat* = *edicto*

alacritatem quod dictator praedam omnem edixerat militibus;
nec ira magis publica quam privatum conpendium in hostem
11 acuebat. his cladibus subacti Samnites pacem a dictatore
petiere; cum quo pacti, ut singula vestimenta militibus et
12 annuum stipendium darent, cum ire ad senatum iussi essent,
secuturos se dictatorem responderunt, unius eius fidei virtu-
tique causam suam commendantes. ita deductus ex Samni-
37 tibus exercitus. Dictator triumphans urbem est ingressus;
et cum se dictatura abdicare vellet, iussu patrum priusquam
abdicaret consules creavit C. Sulpicium Longum iterum Q.
2 Aemilium Cerretanum. Samnites infecta pace, quia de con-
dicionibus agebatur, indutias annuas ab urbe rettulerant, nec
earum ipsarum sancta fides fuit: adeo, postquam Papirium
abisse magistratu nuntiatum est, arrecti ad bellandum animi
3 sunt. C. Sulpicio Q. Aemilio — Aulium quidam annales ha-
bent — consulibus ad defectionem Samnitium Apulum novum
bellum accessit. utroque exercitus missi. Sulpicio Samni-
4 tes, Apuli Aemilio sorte evenerunt. sunt qui non ipsis Apu-
lis bellum inlatum, sed socios eius gentis populos ab Sam-
5 nitium vi atque iniuriis defensos scribant. ceterum fortuna
Samnitium, vix a se ipsis eo tempore propulsantium bellum,
propius ut sit vero facit, non Apulis ab Samnitibus arma
inlata, sed cum utraque simul gente bellum Romanis fuisse.
6 nec tamen res ulla memorabilis acta: ager Apulus Samnium-
que evastatum, hostes nec hic nec illic inventi. Romae no-

concesserat, 4, 49, 9. — *publica*, als Bürger eines feindlichen Staates. — *pacti*, c. 2, 4.

37. 1. *triumphans* etc., nach L. in dem Jahr nach dem Triumphe des Publilius c. 26, 6; nach den Triumphalfasten an. CDXXIX III Non. Mart., s. c. 35, 10. — *iussu p.*, vgl. 5, 49, 9. — *Sulpicium*, c. 15.

2. *agebatur*, man verhandelte darüber, konnte sich nicht einigen. Da jedoch dieses schwerlich in dem Worte liegt, so ist vielleicht *negabatur* zu lesen. Ueber die Bedingungen s. Nieb. 1, 487.— *nec earum* etc., s. Nieb. R. G. 3, 226; wenigstens der Grund für die Treulosigkeit scheint erdichtet.

3. *Aulium*, so nennt ihn L. selbst 9, 15 und die Fast. Capit. Dagegen ist es zweifelhaft, ob die Aemilier den Beinamen *Cerretanus* gehabt haben; und Diod. 18, 26 nennt den Consul *Aelius*. — *Apulum*, s. c. 25.

4 5. *socios* etc. Die Apuler bestanden aus vielen kleinen Staaten, von denen einige zu Rom, andere zu den Samniten halten mochten, wie bei den Lucanern, s. c. 27. Der Krieg konnte hier auch mit den Samniten ohne den Waffenstillstand zu brechen geführt, und mit beiden Völkern (*cum utraque gente*) auch dann gekämpft werden, wenn die Samniten ihre Bundesgenossen in Apulien schützten.

6. *ager Apul.*, wahrscheinlich wurde der Krieg gegen die Vesti-

cturnus terror ita ex somno trepidam repente civitatem ex-
civit, ut Capitolium atque arx moeniaque et portae plena
armatorum fuerint. et cum concursatum clamatumque ad 7
arma omnibus locis esset, prima luce nec auctor nec causa
terroris conparuit. — Eodem anno de Tusculanis Flavia ro- 8
gatione populi fuit iudicium. M. Flavius tribunus plebis
tulit ac populum, ut in Tusculanos animadverteretur, quo-
rum ope ac consilio Veliterni Privernatesque populo Romano
bellum fecissent. populus Tusculanus cum coniugibus ac 9
liberis Romam venit. ea multitudo veste mutata et specie
reorum tribus circuit, genibus se omnium advolvens. plus 10
itaque misericordia ad poenae veniam inpetrandam quam
causa ad crimen purgandum valuit. tribus omnes praeter 11
Polliam antiquarunt legem. Polliae sententia fuit puberes
verberatos necari, coniuges liberosque sub corona lege belli
venire; memoriamque eius irae Tusculanis in poenae tam 12
atrocis auctores mansisse ad patrum aetatem constat, nec
quemquam ferme ex Pollia tribu candidatum Papiriam ferre
solitum.

ner c. 29 später geführt als L. annimmt, und das Heer zog von da nach Apulien.

7. *ad arma*, 3. 15, 6. — *nec auct.*, vgl. Nieb. 3, 229 f.

8. *animadverteretur*, genauer § 11; die Tusculaner haben sich des Verbrechens der perduellio schuldig gemacht, da sie cives sind, s. c. 14, 4, und würden schwerlich in dieser Weise angeklagt worden sein, wenn sie das nicht gewesen wären, da sie dann der Senat gerichtet hätte. Wahrscheinlich machten einzelne Staaten in Latium einen letzten Versuch sich von Rom zu befreien, gestützt auf die Siege der Samniten, c. 30; 35; Nieb. R. G. 3, 230. Dass auch die Tusculaner sich empört haben berichtet Plin. 7, 43, 136; und der Abfall der Veliterner und Privernaten ist ein neuer, nicht der cc. 15; 19 erwähnte; die Empörung selbst hat L. übergangen, sie vielleicht mit der früheren verwechselt, die Rogation erscheint daher bei ihm nicht motivirt.

9. *populus*, s. c. 14, 4; 8. — *cum coni.*, vgl. 1, 9, 9: *Sabinorum omnis multitudo cum liberis et coniugibus venit.* — *tribus c.*, 3, 72, 2. Zur Sache vgl. 7, 20, 8.

11. *antiquarunt*, 6, 38, 5. — *sententia f.*, sie stimmen für den Antrag des Flavius, sonst wird das Wort von den Senatoren gebraucht, s. 3, 17, 4. — *puberes* etc., s. 2, 7. — *necari* n. sollen, 2, 5, 1. — *lege belli*, wie Kriegsgefangene. Nach Plin. l. l. sind die Tusculaner wirklich besiegt worden, s. zu c. 39, 16.

12. *ad patrum*, bis in die letzte Zeit der Republik. — *nec—ferme*, nicht leicht, oder: gar nicht. — *Papiriam*, s. Val. Max. 9, 10, 1: *Papiria tribus, in qua plurimum postea Tusculani in civitatem recepti* (s. c. 14, 4) *potuerunt, neminem umquam candidatum Polliae tribus fecit magistratum.* Wann die Tusculaner in die tribus Papiria eingetreten sind lässt sich nicht bestimmen, dass sie in derselben durch ihr Zusammenhalten, s. Mommsen die Tribus S. 13, den

38 Insequenti anno, Q. Fabio L. Fulvio consulibus, A. Cornelius Arvina dictator et M. Fabius Ambustus magister equitum metu gravioris in Samnio belli — conducta enim pretio a finitimis iuventus dicebatur — intentiore dilectu habito
2 egregium exercitum adversus Samnites duxerunt. castra in hostico incuriose ita posita tamquam procul abesset hostis, cum subito advenere Samnitium legiones tanta ferocia, ut
3 vallum usque ad stationem Romanam inferrent. nox iam adpetebat; id prohibuit munimenta adoriri. nec dissimula-
4 bant orta luce postero die facturos. dictator ubi propiorem spe dimicationem vidit, ne militum virtuti damno locus esset, ignibus crebris relictis, qui conspectum hostium frustrarentur, silentio legiones educit; nec tamen fallere propter pro-
5 pinquitatem castrorum potuit. eques extemplo insecutus ita institit agmini, ut, donec lucesceret, proelio abstineret. ne
6 pedestres quidem copiae ante lucem castris egressae. eques ausus luce demum incursare in hostem carpendo novissimos premendoque iniquis ad transitum locis agmen detinuit. interim pedes equitem adsecutus; et totis iam copiis Samnis
7 urgebat. tum dictator, postquam sine magno incommodo progredi non poterat, eum ipsum in quo constiterat locum castris dimetari iussit. id vero circumfuso undique equitatu, ut vallum peteretur opusque inciperet, fieri non poterat.

Ausschlag gaben, geht aus d. a. St. hervor. — *ferre sol.*, er habe ihre Stimmen nicht erhalten, wie *puncta ferre* u. a., Marquardt 2, 3, 104.

38—40. Siege über die Samniten.

1. *Fabio*, der mag. eq. des Papirius c. 30 ff.; *Fulvio (Curvus)*, ein Tusculaner. — *conducta* etc., von den sabellischen Völkern, vielleicht mit Tarentinischem Gelde.

2. *castra* etc., durch die Bemerkung c. 40, 2 wird die ganze Erzählung unsicher. — *vallum — inf.*, mit dem Wall vorrücken, wie sonst *castra castris conferre*, daher § 4: *propter propinquitatem castrorum.*

3. *prohibuit* n. *hostes.*

5. *ita — ut*, beschränkend. — *ne pedestr. quidem* etc. ist nicht genau ausgedrückt, und eher war zu erwarten: *pedest. — ne egressae quidem castris ante lucem.* Der beiden Sätzen gemeinschaftliche Begriff scheint *ante lucem*, der Zusammenhang der Gedanken aber zu sein: so wie die Reiter nicht vor Tagesanbruch angriffen, so auch das Fussvolk nicht, welches da erst aus dem Lager rückte. Die Einschiebung dieses Satzes hat bewirkt, dass der vorhergeh. Gedanke mit leichter Veränderung im Folgend.: *eques — hostem* wiederholt ist.

6. *carpendo*, s. 3, 5, 1.

7. *dimetari*, nach den Gesetzen der Limitation, s. 3, 5, 5. — *id* müsste den folg. Satz: *ut — inciperet* nur ankündigen, was hart und steif wäre; vielleicht ist *id* aus *ibi*, in Bezug auf *eum ipsum locum*, entstanden. — *vallum*, nach dem gewöhnlichen Sprachgebrauche müsste es *vallus* heissen, s. 3, 27,

itaque ubi neque eundi neque manendi copiam esse videt, 8
instruit aciem inpedimentis ex agmine remotis. instruunt
contra et hostes, et animis et viribus pares. auxerat id ma- 9
xime animos, quod ignari, loco iniquo non hosti cessum, velut
fugientes ac territos terribiles ipsi secuti fuerant. id aliquam- 10
diu aequavit pugnam iam pridem desueto Samnite clamorem
Romani exercitus pati. et hercule illo die ab hora diei ter-
tia ad octavam ita anceps dicitur certamen stetisse, ut neque
clamor, ut primo semel concursu est sublatus, iteratus sit,
neque signa promota loco retrove recepta, neque recursum
ab ulla sit parte. in suo quisquis gradu obnixi urgentes 11
scutis sine respiratione ac respectu pugnabant; fremitus ae-
qualis tenorque idem pugnae in defatigationem ultimam aut
noctem spectabat. iam viris vires, iam ferro sua vis, iam 12
consilia ducibus deerant, cum subito Samnitium equites, cum
turma una longius provecta accepissent inpedimenta Roma-
norum procul ab armatis sine praesidio, sine munimento
stare, aviditate praedae impetum faciunt. quod ubi dictatori 13
trepidus nuntius adtulit, „sine modo“ inquit, „sese praeda
praepediant.“ alii deinde super alios diripi passim ferrique
fortunas militum vociferabantur. tum magistro equitum ac- 14
cito „vides tu,“ inquit „M. Fabi, ab hostium equite omissam
pugnam? haerent inpediti inpedimentis nostris. adgredere, 15

3; vgl. 25, 36, 5. — *inciperet* = *inchoaretur* n. die Schanzarbeit.

8. *inpedimentis*, auf dem Zuge waren dieselben nach den einzelnen Truppentheilen vertheilt, s. Marqu. 3, 2, 326; 331.

9. *quod ignari* etc., sie waren muthiger, weil sie nicht wussten, dass die Römer nur um sich von dem ungünstigen Orte zu entfernen nicht aus Furcht zurückgewichen waren.

10. *iam prid.*, in den 2 letzten Jahren war es nach L. nicht zu einer offenen Schlacht gekommen. — *et hercule* etc. ist weitere Ausführung von § 9 und von *aliquamdiu*, welches an sich nicht auf eine so lange Dauer des Kampfes schliessen lässt. — *signa* etc., vgl. 4, 37, 11.

11. *suo quisquis*, sonst findet sich mehr das Neutrum von quisquis in dieser Weise statt quisque gebraucht, s. 3, 37, 7, seltener das Masc., s. Tabula Herac. I, 13: *quod quemquem h. l. profiteri oportebit;* Cic. Fam. 6, 1, 1: *quocumque in loco quisquis est;* Plin. Ep. 1, 20, 13: *suae quisquis inventioni favet;* Sen. Ep. 3, 6 (27), 7; Cato r. r. 7; 48; Ciris v. 88; wesshalb hier gewöhnlich *quisque* gelesen wird. — *obnixi* etc., 6, 12, 8. — *in defat.* etc., der Kampf schien erst mit gänzlicher Erschöpfung oder dem Einbruch der Nacht endigen zu wollen. Ueber *spectare in* s. 1, 9, 6.

12. *viris vires* wie § 13: *praeda praepediant;* § 14: *inpediti inpedimentis,* Annomination; 6, 22, 7. — *longius prov.*, sie umgieng die Reihen der Römer. — *sine praes.*, auch die Triarier scheinen also schon im Kampfe gewesen zu sein.

quod inter praedandum omni multitudini evenit, dissipatos, raros equis insidentes, raros quibus ferrum in manu sit, invenies; equosque dum praeda onerant, caede inermes cruen-
16 tamque illis praedam redde. mihi legiones peditumque pu-
39 gna curae erunt: penes te equestre sit decus." Equitum acies, qualis quae esse instructissima potest, invecta in dis-
2 sipatos inpeditosque hostes caede omnia replet. inter sarcinas omissas repente, obiacentes pedibus fugientium consternatorumque equorum, neque pugnae neque fugae satis
3 potentes caeduntur. tum deleto prope equitatu hostium M. Fabius circumductis paulum alis ab tergo pedestrem aciem
4 adoritur. clamor inde novus accidens et Samnitium terruit animos, et dictator, ubi respectantes hostium antesignanos turbataque signa et fluctuantem aciem vidit, tum appellare, tum adhortari milites, tribunos principesque ordinum nomi-
5 natim ad iterandam secum pugnam vocare. novato clamore signa inferuntur; et quidquid progrediebantur, magis magisque turbatos hostes cernebant. eques ipse iam primis erat
6 in conspectu; et Cornelius respiciens ad manipulos militum, quod manu, quod voce poterat, monstrabat vexilla se suorum
7 parmasque cernere equitum. quod ubi auditum simul visumque est, adeo repente laboris per diem paene totum tolerati vulnerumque obliti sunt, ut haud secus, quam si tum integri e castris signum pugnae accepissent, concitaverint se

15. *quod inter* etc. n. dass sie sich zerstreuen.

16. *mihi leg.* etc. Der Dictator war in derselben Weise zunächst Anführer der Fusstruppen, wie der mag. equit. der Reiterei.

39. 1. *acies,* selten von der Reiterei gebraucht. Auch der Ausdruck *qualis — potest.* ist nicht gewöhnlich, vgl. 7, 33, 5.

2. *obiacentes,* über das harte Asyndeton s. 6, 7, 3. — *potentes* = *pugnandi — potestate adempta.*

3. *alis,* sonst wird alae von der Reiterei der Bundesgenossen, s. 40, 40, 9: *et alarii equites, postquam Romanorum equitum — facinus videre,* und nur selten und weniger genau von der römischen gebraucht, s. 2, 49, 11; vgl. 29, 1, 11; Marquardt 3, 2, 305.

4. *novus,* s. c. 38, 10. — *antesignanos,* s. c. 8, 7; 4, 37, 11; die *turbata signa* scheinen die der hastati zu sein, welche ins Schwanken gerathen; der Gegensatz c. 38, 10. — *principesque ord.,* eine eigenthümliche Bezeichnung der Centurionen statt *ductores ordinum;* vgl. 7, 41, 4.

5. *novato* st. *renovato,* 26, 19, 2; anders 4, 33, 7. — *quidquid,* s. 7, 32, 6; 21, 54, 8. Es sind die hinter den hastati stehenden Linien.

6. *quod manu* etc., anders Tac. Ann. 2, 17; Sall. I. 98, 1. — *monstrabat* bezieht sich in seiner eigentlichen Bedeutung nur auf *manu; vexilla* etc. (s. 4, 38, 5) hängt von *voce monstrabat* = *clamabat* ab.

in hostem. nec ultra Samnis tolerare terrorem equitum pe- 8
ditumque vim potuit: partim in medio caesi, partim in fugam
dissipati sunt. pedes restantes ac circumventos cecidit; ab 9
equite fugientium strages est facta, inter quos et ipse impe-
rator cecidit. Hoc demum proelium Samnitium res ita in- 10
fregit, ut omnibus conciliis fremerent minime id quidem
mirum esse, si inpio bello et contra foedus suscepto, infe-
stioribus merito deis quam hominibus, nihil prospere age-
rent: expiandum id bellum magna mercede luendumque esse.
id referre tantum, utrum supplicia noxio paucorum an om- 11
nium innoxio praebeant sanguine. audebantque iam quidam
nominare auctores armorum. unum maxime nomen per con- 12
sensum clamantium Brutuli Papi exaudiebatur. vir nobilis
potensque erat, haud dubie proximarum indutiarum ruptor.
de eo coacti referre praetores decretum fecerunt, ut Brutu- 13
lus Papius Romanis dederetur, et cum eo praeda omnis Ro-
mana captivique ut Romam mitterentur; quaeque res per
fetiales ex foedere repetitae essent, secundum ius fasque re-
stituerentur. fetiales Romam, ut censuerunt, missi et cor- 14
pus Brutuli exanime: ipse morte voluntaria ignominiae se ac
supplicio subtraxit. placuit cum corpore bona quoque eius 15
dedi. nihil tamen earum rerum praeter captivos ac si qua
cognita ex praeda sunt acceptum est; ceterarum rerum inrita
fuit deditio. dictator ex senatus consulto triumphavit.

9. *ac circ.*, und in Folge davon u. s. w. — *imperator* (oskisch *embratur*), verschieden von den *praetores* § 12, s. 7, 31, 11; Nieb. R. G. 3, 209.

10. *conciliis*, s. 7, 31, 11. — *contra foed.*, es ist das c. 2 geschlossene gemeint, welches nach L's Ansicht, s. c. 23, 3 ff., die Samniten ebenso gebrochen haben, s. § 13: *per fetiales* etc., 9, 1, 4 ff., wie den Waffenstillstand, § 12; c. 37, 2, daher *inpium*, s. 9, 1, 10.

11. *id ref.*, es handle sich nur darum. — *supplicia* ist Sühnopfer, Sühne für das gebrochene Bündniss, s. Isid. 5, 27: *supplicium proprie dicitur non quo quis punitur, sed qui ita damnatur, ut bona eius consecrentur et in publicum redigantur;* der welcher das Bündniss gebrochen hatte, wurde eigentlich als Sühnungsmittel den Göttern oder den Feinden überliefert, er war mit Allem was er besass sacer, s. § 12.

12. *Brutulus* ist nicht Vor- sondern Zuname; *Papius* Gentilname, s. Mommsen Unterital. Dial. 202; 284. — *referre* u. *decretum fec.*, § 15: *placuit,* setzt eine berathende Behörde voraus, wie in Latium, s. c. 3, 10.

13—14. *per fet.*, im Anfange des Krieges, c. 23. — *fetiales*, das Institut fand sich bei mehreren italischen Völkern.

15. *bona,* s. c. 20, 8. — *inrita f. d.*, sie war ohne Erfolg, wurde nicht angenommen. Die Forderungen des Senates hat L. übergangen, s.

40 Hoc bellum a consulibus bellatum quidam auctores sunt,
eosque de Samnitibus triumphasse; Fabium etiam in Apuliam
processisse, atque inde magnas praedas egisse. nec discrepat
2 quin dictator eo anno A. Cornelius fuerit: id ambigitur, bel-
line gerendi causa creatus sit, an ut esset qui ludis Romanis,
quia L. Plautius praetor gravi morbo forte inplicitus erat,
3 signum mittendis quadrigis daret, functusque eo haud sane
memorandi imperii ministerio se dictatura abdicaret. nec
4 facile est aut rem rei aut auctorem auctori praeferre. vitia-
tam memoriam funebribus laudibus reor falsisque imaginum
titulis, dum familia ad se quaeque famam rerum gestarum
5 honorumque fallenti mendacio trahunt. inde certe et singu-
lorum gesta et publica monumenta rerum confusa. nec quis-

App. Samn. 4: *ἡ βουλὴ πάνυ νομίζουσα τετρῦσθαι, προσεδόκα κακοπαθοῦντας ἐνδώσειν περὶ τῆς ἡγεμονίας*, sie sollten die Oberhoheit Roms anerkennen, dann: *οὐκ ἐκδωσόμενοι δὴ τὰς πόλεις ἔφασαν ἥκειν, ἀλλ' ἐς φιλίαν συνάξοντες*, das frühere Bündniss.

40. 1. *a consul.*, so die Triumphalfasten und Aurel. Vict. 32, anders Plin. 7, 43, 136: *est et L. Fulvius inter insignia* (*honorum*) *exempla Tusculanorum rebellantium* (s. c. 37), *consul, eodemque honore cum transisset, exornatus confestim a po. Rom., qui solus eodem anno, quo fuerat hostis, Romae triumphavit ex iis, quorum consul fuerat.* — *in Apuliam* schliesst sich an c. 37, 4, dasselbe berichtet Appian l. l., und in den Triumphalfasten triumphirt Q. Fabius an. CDXXXI XI K. Mart. *de Samnitibus et Apuleis.* L. hat über der Schilderung der Schlacht c. 38 die genauere Angabe der Verhältnisse des Jahres verabsäumt. — *discrepat*, 3, 31, 8. — *quin*, wie nach *non ambigitur*, 2, 1, 3.

2. *id*, nur das. — *qui ludis Rom.*, eben so berichten die Fasti Capit.; und die Triumphalfasten melden seinen Triumph nicht. — *ludis R.*, s. 6, 42, 12, dem Jupiter, der Juno und Minerva geweiht. Das Zeichen für die Abfahrt der Wagen zu geben lag eigentlich den Consuln ob, s. 45, 16; dem Prätor nur in deren Abwesenheit, s. Beck. 2, 2, 326.

3. *haud*, s. 7, 18, 2. — *memorandi*, erwähnenswerth, wie *visendus* u. ä. — *ministerium*, 4, 8, 6. — *rem* etc., weder in der Sache noch in den Gewährsmännern liegt ein Grund des Eine oder das Andere vorzuziehen.

4. *f. laudibus*, die Leichenreden, s. Plin. 7, 43, 139: *supremae laudes*, eigentlich das in der *laudatio*, s. 5, 50, 7, ausgesprochene Lob, vgl. Cic. Brut. 16: *quamquam his laudationibus historia rerum nostrarum facta est mendosior: multa enim scripta sunt in eis, quae facta non sunt, falsi triumphi, plures consulatus, genera etiam falsa* etc. — *falsis i. t.*, Aufschriften auf den Ahnenbildern, s. 4, 16, 4; 22, 31, 11; Plin. 35, 2, 8: *etiam mentiri clarorum imagines erat aliquis virtutum amor.* — *fallenti*, welche leicht irre führen kann, ist adjectivisch genommen. — *trahunt*, s. 1, 7, 1.

5. *singulorum*, einzelne bedeutende Männer, deren erdichtete Thaten und Ehren dann in die öffentlichen Documente übergiengen.

quam aequalis temporibus illis scriptor exstat, quo satis certo auctore stetur.

TITI LIVI

AB URBE CONDITA

LIBER IX.

Sequitur hunc annum nobilis clade Romana Caudina 1
pax T. Veturio Calvino Sp. Postumio consulibus. Samnites 2
eo anno imperatorem C. Pontium Herenni filium habuerunt, patre longe prudentissimo natum, primum ipsum bellatorem ducemque. is, ubi legati, qui ad dedendas res missi erant, 3
pace infecta redierunt, „ne nihil actum" inquit „hac legatione censeatis, expiatum est quidquid ex foedere rupto irarum in nos caelestium fuit. satis scio, quibuscumque dis 4
cordi fuit subigi nos ad necessitatem dedendi res, quae ab nobis ex foedere repetitae fuerant, is non fuisse cordi tam superbe ab Romanis foederis expiationem spretam. quid enim 5
ultra fieri ad placandos deos mitigandosque homines potuit,

scriptor, ein Geschichtschreiber der als Gewährsmann dienen könnte. Die ältesten Annalisten haben über 100 Jahre später geschrieben. Die Stelle, mit 6, 1 nicht ganz übereinstimmend, ist für die Beurtheilung der Geschichte der früheren Zeit sehr bedeutend. Dass L. nur die Annalisten, nicht die alten Annalen selbst benutzt habe, ist in derselben nicht bestimmt ausgesprochen.

1 – 12, 4. Die Römer werden in den Caudinischen Pässen eingeschlossen; Appian. Samn. 4; Zon. 7, 26; Cic. Sen. 12; Offic. 3, 30; Nieb. 1, 489 f.; Mommsen R. G. 1, 237 ff.

1. *nobilis*, berühmt, berüchtigt, 22, 50, 1. — *pax*, insofern derselbe durch den Vertrag garantirt war, s. 8, 17, 10. — *Veturio — Postumio*, 8, 16.

2. *Pontius*, s. 5, 46, 8, oskisch ‘*Πομπιες*’; *Herenni*, hier und 39, 13, 9 Vorname, vgl. 23, 43; Cicero nennt auch den Vater *C. Pontius.*

3. *ne nihil* etc., c. 16, 16; 22, 18, 9, hängt von dem folg. Satze ab. — *ex foedere*, 8, 39, 10 ff.

4. *satis sc.*, 1, 9, 4. — *quibuscumque*, Zumpt § 706.

5. *placandos* etc., 8, 33, 7. —

quam quod nos fecimus? res hostium in praeda captas, quae
6 belli iure nostrae videbantur, remisimus; auctores belli, quia vivos non potuimus, perfunctos iam fato dedidimus; bona eorum, ne quid ex contagione noxae remaneret penes nos,
7 Romam portavimus. quid ultra tibi, Romane, quid foederi, quid diis arbitris foederis debeo? quem tibi tuarum irarum quem meorum suppliciorum iudicem feram, neminem, neque
8 populum neque privatum, fugio. quod si nihil cum potentiore iuris humani relinquitur inopi, at ego ad deos vindices
9 intolerandae superbiae confugiam, et precabor, ut iras suas vertant in eos, quibus non suae redditae res, non alienae adcumulatae satis sint; quorum saevitiam non mors noxiorum, non deditio exanimatorum corporum, non bona sequentia domini deditionem exsatient, placari nequeant nisi hauriendum sanguinem laniandaque viscera nostra praebuerimus.
10 iustum est bellum, Samnites, quibus necessarium, et pia arma,
11 quibus nulla nisi in armis relinquitur spes. proinde cum rerum humanarum maximum momentum sit, quam propitiis rem, quam adversis agant diis, pro certo habete priora bella

in praed., unter, in der Eigenschaft als, als Beute, Naegelsb. Stil. 343.
6. *auctores*, s. § 9. L. denkt nur an Brutulus, Appian l. l. νεκρὰ σώματα ἀνδρῶν φέροντες ὡς αἰτίους τοῦδε τοῦ πολέμου γεγονότας. — *ex cont. n.*, 4, 15, 8.
7. *arbitris*, welche nach ihrem Ermessen zu bestimmen haben, ob Alles nach dem foedus Erforderliche gethan ist. — *irarum* etc., der entscheiden soll ob dein Zorn gerecht, meine Sühne (*supplic.*) genügend sei. — *iudicem f.*, s. 3, 24, 2, mit Bezug auf 8, 23, 8, vgl. 3, 71. — *privatum*, der Einzelne im Volke. — *fugio* = *reicio*, 8, 33, 8.
8. *cum pot.*, s. 3, 37, 7; *cum*, weil der Gedanke zu Grunde liegt, dass sie als Parteien vor Gericht mit einander streiten wollen, vgl. 43, 2, 6: *cum M. Titinio — recuperatores sumpserunt;* 40, 34, 14: *pacemque cum iis pop. Romanus — praestitit.* — *at*, 3, 17, 3.
9. *suas*, 4, 33, 5. — *placari;* aus einem casus obl. des relativ. kann der nominat. oder accus. ergänzt werden, so hier *qui* aus *quorum*, s. Cic. Vatin. 10, 24: *cuius inclusione contentus non eras, interficere volueras, spoliaras* etc.; Tusc. 1, 30, 72: *quibusque fuisset minima cum corporibus contagio seseque ab iis semper sevocassent.*
10. *iustum est — pia*, eigentlich Kriege die unternommen werden nachdem Alles, was das menschliche Recht und der Cultus fordert, § 5, geschehen ist, s. 1, 22, 4; a. u. St. ist die wirkliche in der Nothwendigkeit liegende nicht blos formale Gerechtigkeit gemeint; s. II. 12, 243. — *necessarium*, in Bezug auf: *nisi hauriendum* etc.
11. *quam prop.* etc., ob mit Gunst oder Ungunst u. s. w. — *agant*, das Subject ist in *humanarum* angedeutet; oder allgemein: man, 2, 7, 1: *adiciunt.* — *adversus*, gegen die Götter gerichtet, s. 6, 35, 4; 3, 67, 11 u. a. —

adversus deos magis quam homines gessisse, hoc quod instat ducibus ipsis diis gesturos. Haec non laeta magis quam 2
vera vaticinatus exercitu educto circa Caudium castra quam
potest occultissime locat, inde ad Calatiam, ubi iam consules 2 3
Romanos castraque esse audiebat, milites decem pastorum habitu mittit, pecoraque diversos alium alibi haud procul Romanis pascere iubet praesidiis: ubi inciderint in praedatores, ut idem omnibus sermo constet, legiones Samnitium in Apulia esse, Luceriam omnibus copiis circumsedere, nec procul abesse, quin vi capiant. iam is [et] rumor ante de in- 4
dustria volgatus venerat ad Romanos, sed fidem auxere captivi eo maxime quod sermo inter omnes congruebat. haud 5
erat dubium quin Lucerinis opem Romanus ferret, bonis ac fidelibus sociis, simul ne Apulia omnis ad praesentem terrorem deficeret. ea modo, qua irent, consultatio fuit. duae ad 6
Luceriam ferebant viae, altera praeter oram superi maris, patens apertaque, sed quanto tutior tanto fere longior; altera per Furculas Caudinas brevior. sed ita natus locus est: 7

gessisse — gesturos n. *vos* oder *nos;* Cic. Att. 1, 7; Fin. 5, 11, 31: *minamur praecipitaturos.*

2. 1. *circa C.,* in der Nähe von C., bei dem j. Arpaja, der Pass selbst lag zwischen diesem Orte und Arienzo oder Montesarchio, s. Mommsen S. 237.

2. *Calatiam,* j. S. Giacomo delle Galazze, südlich vom Vulturnus, nicht zu verwechseln mit dem nördlich von demselben liegenden *Caiatia,* Cajazzo.

3. *diversos,* nach verschiedenen Richtungen, näher bestimmt durch *alium al.* — *ut — constet,* dem Sinne nach noch von *iubet* abhängig. *constet,* immer dieselbe Sprache führen. — *legiones,* 2, 26, 3. — *Luceriam,* eine bedeutende Stadt Apuliens an der Grenze von Samnium, wahrscheinlich von Samniten bewohnt.

9. *quandoque*, 8, 7, 15. — *hisce*, alterthümliche Pluralform, die das *s*, wie in der dritten Declination bewahrt hat. Sie findet sich bis in das 7. Jahrh. auf Inschriften, z. B.: *heisce magistreis eisdem* st. *iidem; eis; publiceis; ques* u. a. — *foedus* etc., c. 5, 2; 5. — *noxam* (c. 8, 4) *noc.*, s. 6, 42, 5; 8, 39, 16 u. a. — *ob eam r. n.*, deswegen, dadurch; dagegen: *ob eam r. q.*, deswegen, damit = *ob id* (*eo*) *quo.* — *scelere inp.*, wenn der Staat sie behielte und ihr Versprechen nicht erfüllte, würde er ihre Ruchlosigkeit theilen. Auch dieser Gedanke passt mehr auf ein foedus.

10. *maxime*, s. c. 24, 9; 10, 40, 8; 21, 41, 4; 24, 35, 5, sonst ist *quantus maximus* gewöhnlicher, vgl. 7, 9, 8. — *Samnitem*, dafür erklärt er sich in der Voraussetzung, dass die Dedition angenommen wird, Cic. Caec. 34, 98: *quid? quem pater patratus dedidit — quo is iure amittit civitatem? ut religione civitas solvatur, civis Romanus deditur; qui cum est acceptus, est eorum, quibus*

illum legatum fetialem a se contra ius gentium violatum; eo iustius bellum gesturos. Tum Pontius „nec ego istam dedi- 11
tionem accipiam," inquit „nec Samnites ratam habebunt.
quin tu, Spuri Postumi, si deos esse censes, aut omnia in- 2
rita facis aut pacto stas? Samniti populo omnes, quos in
potestate habuit, aut pro his pax debetur. sed quid ego te 3
appello, qui te captum victori cum qua potes fide restituis? populum Romanum appello, quem si sponsionis ad Furculas Caudinas factae paenitet, restituat legiones intra saltum, quo
saeptae fuerunt. nemo quemquam deceperit, omnia pro in- 4
fecto sint, recipiant arma quae per pactionem tradiderunt, redeant in castra sua, quidquid pridie habuerunt quam in conloquium est ventum, habeant: tum bellum et fortia con-
silia placeant, tum sponsio et pax repudietur. ea fortuna, 5
his locis, quae ante pacis mentionem habuimus, geramus bellum; nec populus Romanus consulum sponsionem nec nos
fidem populi Romani accusemus. numquamne causa defiet, 6
cur victi pacto non stetis? obsides Porsinae dedistis: furto eos subduxistis. auro civitatem a Gallis redemistis: inter
accipiendum aurum caesi sunt. pacem nobiscum pepigistis, 7
ut legiones vobis captas restitueremus: eam pacem inritam facitis. et semper aliquam fraudi speciem iuris inponitis.

est deditus. — *illum leg. fet.*, jener, ein Gesandter, der Fetial sei, s. c. 11, 11; 1, 24, 4. — *contra i. g.*, 1, 14, 1. — *eo iustius*, nun, nach der Auslieferung, den an sich schon gerechten Krieg.

11. 1. *Tum P.* etc., obgleich L. die Schuld der Römer zu vermindern sucht, lässt er doch ihre Treulosigkeit nicht ungerügt, und den Redner das ausführen, was c. 8, 14 die Tribunen nur angedeutet haben. — *Samnites*, das concilium derselben, er scheint also dessen Bestätigung zu erwarten.

3. *pop. R. a.*, c. 9, 16, nur das Volk hätte die Auslieferung der Legionen anordnen können, nicht die abgetretenen Consuln.

4. *nemo q. dec.* ist hier eigentliches Perfect, s. Z. § 528: soll betrogen haben, dagegen § 13: *moratus s. nemo*, wie 5, 53, 3: *nemo q.* verallgemeinernd st. *neuter alterum.* — *pro inf.*, sei so gut als nicht geschehen, gelte als etwas nicht Geschehenes, vgl. 7, 6, 8; 8, 36, 3. — *fortia c.*, Naegelsbach Stil. 189.

5. *ea f.*, in der Lage, wo Einschluss, Mangel u. s. w. auf der einen Seite, Sieg auf der anderen war. — *his*, weil der Ort in der Nähe war. — *quae* bezieht sich auf beide Nomina; eben so *habuimus*, in etwas verschiedener Bedeutung. — *fidem*, die nicht hält, was versprochen ist und gehalten werden sollte, s. Plaut. Merc. 2, 3, 85: *tuam accusari fidem*, vgl. Liv. 2, 19, 6; 1, 9, 13.

6—7. *defiet=deficiet*, vgl. 5, 50, 7: *confieret.* — *furto*, 2, 13. — *inter acc. a.*, c. 4, 8; 6, 11, 5; 5, 49, 1. — *pepigistis* n. *factum iri*, c. 10, 9. — *speciem i.*, weil schon durch die Beobachtung der Formalitäten des Fetialrechtes ein

8 non probat populus Romanus ignominiosa pace legiones servatas? pacem sibi habeat, legiones captas victori restituat. hoc fide, hoc foederibus, hoc fetialibus caerimoniis dignum 9 erat. ut quidem tu quod petisti per pactionem habeas, tot cives incolumes, ego pacem, quam hos tibi remittendo pactus sum, non habeam, hoc tu, A. Corneli, hoc vos, fetiales, 10 iuris gentibus dicitis? ego vero istos, quos dedi simulatis, nec accipio nec dedi arbitror; nec moror, quo minus in civitatem obligatam sponsione commissa iratis omnibus diis, 11 quorum eluditur numen, redeant. gerite bellum, quando Sp. Postumius modo legatum fetialem genu perculit. ita dii credent Samnitem civem Postumium non civem Romanum esse, et a Samnite legatum Romanum violatum, eo vobis iustum 12 in nos factum esse bellum. haec ludibria religionum non pudere in lucem proferre, et vix pueris dignas ambages se-13 nes ac consulares fallendae fidei exquirere! i, lictor, deme vincla Romanis: moratus sit nemo, quo minus ubi visum fuerit abeant.“ et illi quidem, forsitan et publica, sua certe liberata fide ab Caudio in castra Romana inviolati redierunt.

12 Samnitibus pro superba pace infestissimum cernentibus renatum bellum omnia, quae deinde evenerunt, non in animis

Krieg ein *iustum* wurde, s. c. 1, 10.

8. *non pr.*, 8, 13, 15. — *pacem s. h.*, es mag ihn für sich behalten, aber das für denselben Empfangene herausgeben. — *foederibus* kann nach L's Ansicht, da es sich um eine *sponsio* handelt, nur allgemein genommen werden; eben so § 4 u. 9 *pactio*, überhaupt ein gegenseitiges, auch ohne Bestätigung des Staates gültiges Uebereinkommen, ein beliebig ausgedrücktes Versprechen. — *dignum e.*, das hätte geschehen sollen nach u. s. w.

9. *ut q.*, dass aber du. — *hos*, die *cives*. — *hoc* — *iuris*, s. 7, 26, 12; statt: *hoc indignum est* etc. lässt L. eine rhetor. Frage folgen.

10. *ego vero*, nein ich nehme nicht an u. s. w., Naegelsbach S. 552. — *nec dedi*, ich halte es nicht für eine Auslieferung, da die Legionen zurückbehalten werden. — *sponsione com.*, die angetretene, oder verwirkte Sponsion, indem das von der Gegenpartei Geleistete (die Herausgabe des Heeres) angenommen, das, wozu man sich dagegen verpflichtet hatte, nicht geleistet ist.

11—13. *liberata f.*, dadurch dass sie Wort gehalten hatten. — *non pudere*, Z. § 609. — *ambages* gehört auch zu *fallendae fidei*. — *lictor*, wie bei den Römern. — *et illi q.*, sie im Gegensatze zu den Samniten, vgl. 2, 2, 9. — *forsitan et p.*, nach dem Vorhergeh. c. 5; 8; 9 sollte man die schwankende Erklärung nicht erwarten, vgl. Mommsen S. 239.

12. 1. *superba*, vgl. c. 4, 4. — *evenerunt*, die meisten Hdss. haben *venerunt*, was jedoch mit einem Dativ, s. 7, 29, 3; 10, 45, 11 u. a., oder mit *sorte* 8, 1, 2 u. a. verbunden sein müsste. — *in animis* hat sich an *in manibus* angeschlossen, sonst heisst *in animo esse* sich erinnern, oder beabsichtigen, 31, 18, 4, vgl. 6, 28, 6.

solum sed prope in oculis esse, et sero ac nequiquam lau- 2
dare senis Pontii utraque consilia, inter quae se media lapsos
victoriae possessionem pace incerta mutasse, et beneficii et
maleficii occasione amissa pugnaturos cum eis, quos potu-
erint in perpetuum vel inimicos tollere vel amicos facere.
adeoque nullodum certamine inclinatis viribus post Caudinam 3
pacem animi mutaverant, ut clariorem inter Romanos deditio
Postumium quam Pontium incruenta victoria inter Samnites
faceret, et geri posse bellum Romani pro victoria certa habe- 4
rent, Samnites simul rebellasse et vicisse crederent Romanum.

Inter haec Satricani ad Samnites defecerunt, et Fregel- 5
lae colonia necopinato adventu Samnitium — fuisse et Sa-
tricanos cum iis satis constat — nocte occupata est. timor
inde mutuus utrosque usque ad lucem quietos tenuit: lux 6
pugnae initium fuit, quam aliquamdiu aequam, et quia pro
aris ac focis dimicabatur, et quia ex tectis adiuvabat inbel-
lis multitudo, tamen Fregellani sustinuerunt. fraus deinde 7
rem inclinavit, quod vocem audiri praeconis passi sunt, in-
columem abiturum qui arma posuisset. ea spes remisit a
certamine animos, et passim arma iactari coepta. pertinacior 8
pars armata per aversam portam erupit, tutiorque eis auda-
cia fuit quam incautus ad credendum ceteris pavor, quos

2. *utraque*, Z. § 141; 22, 46, 3; 6, 27, 9 u. a. — *media* wird oft zu dem als Attribut gefügt, in dessen Mitte etwas geschieht, s. zu 8, 24, 14; 7, 3, 2; 38, 41, 10: *per medios Thraces*, und ist hier auf *quae* zu beziehen: zwischen denen mitten durch. — *pace*, 5, 30, 3. — *inimicos*, vernichten, so dass sie nicht mehr Feinde sein könnten, proleptisch.

3. *nullodum*, 5, 34, 6. — *inclinatis*, ehe noch das Gleichgewicht aufgehoben, ein Ausschlag hier oder dort hin erfolgt war. — *mutaverant*, intransitiv, 5, 19, 3 u. a.

12, 5. — **16.** Verlust von Saticula und Fregellae, Kämpfe in Samnium, Eroberung von Luceria.

5. *Satricani*, 8, 1. — *Fregellae*, 8, 22; die Samniten hatten c. 4, 4 die Räumung der Stadt verlangt, und erobern sie jetzt, da die Römer, was aus der Darstellung L's, der unmittelbar nach der Niederlage zwei consularische Heere im Felde erscheinen lässt, nicht hervorgeht, in den Kämpfen bei Caudium geschwächt sind, s. Nieb. R. G. 3, 259. — *occupata e.* Der folgende Kampf erfolgt in der Stadt, daher *ex tectis* etc., vgl. 1, 15, 3.

6. *tamen*, wenn es richtig ist, scheint anzudeuten, dass ungeachtet der Vortheile der Fregellaner, der Sieg für die Samniten zu erwarten gewesen wäre; doch ist es wahrscheinlich verdorben.

7. *passi s.*, wol die Fregellaner, die nicht hindern, dass es geschieht, und dadurch getäuscht werden. — *remisit* = *effecit ut animos remitterent*.

8. *incautus a. c. p.* = *per pavorem incauti et ad credendum proni*. — *quos* etc., die Stadt wird verschont, s. c. 28.

circumdatos igni nequiquam deos fidemque invocantes Samnites concremaverunt.
9 Consules inter se partiti provincias: Papirius in Apuliam ad Luceriam pergit, ubi equites Romani obsides ad Caudium dati custodiebantur; Publilius in Samnio substitit
10 adversus Caudinas legiones. distendit ea res Samnitium animos, quod nec ad Luceriam ire, ne ab tergo instaret hostis, nec manere, ne Luceria interim amitteretur, satis audebant.
11 optimum visum est committere rem fortunae et transigere cum Publilio certamen. itaque in aciem copias educunt.
13 Adversus quos Publilius consul cum dimicaturus esset, prius adloquendos milites ratus contionem advocari iussit. ceterum sicut ingenti alacritate ad praetorium concursum est, ita prae clamore poscentium pugnam nulla adhortatio imperatoris au-
2 dita est. suus cuique animus memor ignominiae adhortator aderat. vadunt igitur in proelium urgentes signiferos, et ne mora in concursu pilis emittendis stringendisque inde gladiis esset, pila velut dato ad id signo abiciunt, strictisque gla-
3 diis cursu in hostem feruntur. nihil illic imperatoriae artis ordinibus aut subsidiis locandis fuit: omnia ira militaris
4 prope vesano impetu egit. itaque non fusi modo hostes sunt, sed ne castris quidem suis fugam inpedire ausi Apuliam dissipati petiere; Luceriam tamen coacto rursus in unum
5 agmine est perventum. Romanos ira eadem, quae per mediam aciem hostium tulerat, et in castra pertulit. ibi plus

9. *in Apul.*, s. c. 13, 6. Es ist derselbe Kriegsplan wie 8, 37. — *Luceriam,* c. 2, 4, wahrscheinlich ist es in Folge der Caudinischen Niederlage gleichfalls zu den Samniten übergegangen oder ihnen abgetreten worden. — *obsides,* dass diese ungeachtet der Treulosigkeit der Römer nicht hingerichtet sind, ist ein Zeichen des Edelmuthes der Samniten, vgl. Nieb. R. G. 3, 258. — *Caudinas legion.*, entweder die Truppen der Caudiner, eines Stammes der Samniten, oder die samnit. Legionen, welche bei Caudium gekämpft haben; anders ist es 25, 6, 11 gebraucht.

11. *transigere,* (schnell) fertig zu werden.

13. 2—3. *adhortator ad.,* stand mahnend zur Seite, s. 1, 28, 1. — *urgentes s.*, 3, 27, 7. Die *signa* werden im Colonnenangriff vorangetragen, s. Marquardt 3, 2, 265. — *pila,* 6, 12, 8. — *feruntur,* 7, 15, 5. — *artis*, 8, 36, 4. — *ordinibus,* 8, 8, 4; *subsidiis l.*, 3, 39, 7. — *vesano,* vgl. 7, 33, 17.

4. *inpedire,* sie benutzten das Lager nicht um ihre Flucht zu hemmen, wie 7, 24, 8: *praeter castra praelati.* — *Luceriam,* sie wären also durch ganz Samnium verfolgt worden, was, wenn überhaupt der Sieg historisch ist, nicht so leicht gewesen sein dürfte. Der ganze Satz: *itaque — perventum* giebt die Folgen der Schlacht auf der Seite der Feinde an; das was unmittelbar nach derselben die Römer tha-

quam in acie sanguinis ac caedis factum, praedaeque pars maior ira corrupta. — Exercitus alter cum Papirio consule 6
locis maritimis pervenerat Arpos per omnia pacata Samnitium magis iniuriis et odio quam beneficio ullo populi Romani. nam Samnites ea tempestate in montibus vicatim ha- 7
bitantes campestria et maritima loca contempto cultorum molliore atque, ut evenit fere, locis simili genere ipsi montani atque agrestes depopulabantur. quae regio si fida Sa- 8
mnitibus fuisset, aut pervenire Arpos exercitus Romanus nequisset, aut interiecta inter Romam et Arpos penuria rerum omnium exclusos a commeatibus absumpsisset. tum quoque 9
profectos inde ad Luceriam, iuxta obsidentes obsessosque, inopia vexavit. omnia ab Arpis Romanis suppeditabantur, ceterum adeo exigue, ut militi occupato stationibus vigiliisque et opere eques folliculis in castra ab Arpis frumentum veheret, interdum occursu hostium cogeretur abiecto ex equo

ten § 5; *castra* ist daher das § 4 erwähnte Lager, in dem die Besatzung niedergemacht wird. — *sanguinis a. c.*, 2, 30, 15.

6. *cum P.*, 10, 25, 15 u. a., wir sagen umgekehrt: Papirius mit u. s. w. — *locis m.*, s. c. 2, 6. — *Arpos*, eine alte auf Diomedes zurückgeführte Stadt in der Mitte von Apulien. — *omnia*, lauter friedlich gesinnte Gegenden. — *iniuriis*, Einfälle und Raubzüge.

7. *Samnites* etc., in den Gebirgen erhielt sich der Charakter des Volkes, während die Bewohner der Ebene in dem milderen Klima unter der zurückgebliebenen Bevölkerung und durch die griechischen Städte in der Nähe bald verweichlichten und hellenisirt wurden, und so ihren Stammgenossen feindlich gegenüber traten, wie Capua. Indess gehörten die Apuler auch einem anderen Volksstamme an, s. 8, 37; Mommsen Unterital. Dial. S. 91; 97; R. G. 1, 77; 226; 234, der den Samniten gegenüber in Rom seine Stütze hatte, s. 8, 25. — *vicatim*, wie die Stammväter der Samniten, 2, 62, 3. — *genere*, s. 8, 24, 6. — *ipsi mont.* wiederholt des Gegensatzes wegen den schon in *in montibus hab.* liegenden Begriff. — *agrestes*, 1, 22, 2.

8. *quae regio*, die ganze Seeküste, auch das Land der Frentaner, welche jetzt Rom befreundet sind. L. denkt zwei Fälle, entweder hätten die Römer nicht durchziehen können, oder würden, wenn sie den Durchzug erzwungen hätten, von aller Zufuhr abgeschnitten worden sein. — *interiecta* n. *regio*, es ist der Gegend beigelegt, was den Einwohnern zukam. — *inter Rom. et A.*, ausser der Küste auch das Gebiet der Marser und Vestiner, welche aber Rom befreundet oder unterworfen sind, 8, 29. — *exclusos* etc. ist nur Erklärung von *penuria*.

9. *tum quoque*, auch jetzt, obgleich sie glücklich bis Arpi gekommen, und die zwischen Rom und Apulien wohnenden Völker befreundet waren, und bei der geringen Entfernung von Arpi, war man doch in Noth. — *obsidentes* durch *omnia* etc.; *obsessos* durch *artiora* etc. erklärt. — *militi*, den Fusssoldaten. — *ut* — *cogeretur* kann nur insofern als Erklärung von *adeo exigue* betrachtet werden, als auch durch das Abwerfen

10 frumento pugnare. obsessis prius, quam alter consul victore exercitu advenit, et commeatus ex montibus Samnitium in-
11 vecti erant et auxilia intromissa. artiora omnia adventus Publilii fecit, qui obsidione delegata in curam collegae vacuus per agros cuncta infesta commeatibus hostium fecerat:
12 itaque cum spes nulla esset diutius obsessos inopiam laturos, coacti Samnites, qui ad Luceriam castra habebant, undique contractis viribus signa cum Papirio conferre.

14 Per id tempus parantibus utrisque se ad proelium legati Tarentini interveniunt denuntiantes Samnitibus Romanisque, ut bellum omitterent: per utros stetisset, quo minus discederetur ab armis, adversus eos se pro alteris pugnatu-
2 ros. ea legatione Papirius audita perinde ac motus dictis eorum cum collega se communicaturum respondit; accitoque eo, cum tempus omne in apparatu pugnae consumpsisset, conlocutus de re haud dubia signum pugnae proposuit.
3 agentibus divina humanaque, quae adsolent cum acie dimicandum est, consulibus Tarentini legati occursare responsum
4 expectantes, quibus Papirius ait „auspicia secunda esse, Tarentini, pullarius nuntiat. litatum praeterea est egregie. auctoribus diis, ut videtis, ad rem gerendam proficiscimur.“
5 signa inde ferre iussit et copias eduxit, vanissimam incre-

der Nahrungsmittel dieselben noch weniger wurden; genau genommen sollte man erwarten: *et interdum ea quae vehebant cogebantur abicere* etc.

10. *obsessis* etc., sie hatten zwar Zufuhr in der Zeit vor der Ankunft (daher *prius quam* nicht *priusquam*) aber nach derselben: *artiora* etc. — *ex mont.*, denn Luceria liegt schon am Fusse der Gebirge.

11—12. *vacuus*, ohne Besorgniss angegriffen zu werden, weil Papirius die Feinde eingeschlossen hielt, s. Tac. Agr. 37: *paucitatem — vacui spernebant.* — *qui ad L.* etc., das § 4 erwähnte Heer, da die Samniten nach c. 12, 10 ein anderes nicht haben.

14. 1. *Tarentini*, sie haben nach der Verbindung mit den Lucanern, 8, 27, wenigstens offen nichts gegen die Römer gethan, theils wegen der § 5 angedeuteten, theils wegen der Verhältnisse in Sicilien; Mommsen 1, 236; und erscheinen auch jetzt als neutral. — *utros*, s. 8, 6, 10.

2. *accito eo*, von seinen Streifzügen. — *pugnae — pugnae*, 1, 53, 4. — *de re h. d.*, der Gegenstand der Unterredung, dass nämlich eine Schlacht geliefert werden müsse, war ihnen nicht zweifelhaft, sie waren davon überzeugt, und so erfolgte das Zeichen zur Schlacht.

3—4. *divina*, Opfer, Auspicien; *humana*, Befehle, Anordnungen. — *adsolent*, 1, 28, 2. — *ait*, 1, 24, 4. — *pullarius*, 8, 30, 2; er meldet die Auspicien durch die heiligen Hühner; *litatum* bezeichnet die aus den Eingeweiden des Opferthieres, 8, 9, 1.

5. *signa*, wie verschieden von *signum* § 2? — *ferre* n. *signiferos.* — *vanissimam*, 8, 22, 8. —

pans gentem, quae suarum inpotens rerum prae domesticis
seditionibus discordiisque aliis modum pacis ac belli facere
aequum censeret. Samnites ex parte altera cum omnem cu- 6
ram belli remisissent, quia aut pacem vere cupiebant, aut
expediebat simulare, ut Tarentinos sibi conciliarent, cum in-
structos repente ad pugnam Romanos conspexissent, voci- 7
ferari se in auctoritate Tarentinorum manere, nec descendere
in aciem, nec extra vallum arma ferre: deceptos potius quod-
cumque casus ferat passuros, quam ut sprevisse pacis au-
ctores Tarentinos videantur. accipere se omen consules 8
aiunt, et eam precari mentem hostibus, ut ne vallum quidem
defendant. ipsi inter se partitis copiis succedunt hostium 9
munimentis, et simul undique adorti, cum pars fossas ex-
plerent pars vellerent vallum atque in fossas proruerent, nec
virtus modo insita sed ira etiam exulceratos ignominia sti-
mularet animos, castra invasere, et pro se quisque, non haec 10
furculas nec Caudium nec saltus invios esse, ubi errorem
fraus superbe vicisset, sed Romanam virtutem quam nec val-
lum nec fossae arcerent, memorantes caedunt pariter resi- 11
stentes fusosque, inermes atque armatos, servos liberos, pu-
beres inpubes, homines iumentaque. nec ullum superfuisset 12
animal, ni consules receptui signum dedissent, avidosque cae-
dis milites e castris hostium imperio ac minis expulissent.
itaque apud infensos ob interpellatam dulcedinem irae con- 13
festim oratio habita est, ut doceretur miles, minime cuiquam 14
militum consules odio in hostes cessisse aut cessuros, quin
duces sicut belli ita insatiabilis supplicii futuros fuisse, ni

suarum inp. r., das sich selbst nicht regieren könne; s. 8, 27, 6, vgl. Nieb. R. G. 3, 182 ff. — *modum — f.*, das Maass bestimmen, beschränken, 4, 24, 4; vgl. 44, 15, 5: *Rhodios — arbitria belli pacisque agere.*

6. *pacem*, wol die Friedenspartei, s. 8, 39. — *Tarenti nos s. c.*, sie wären jetzt die einzigen Verbündeten der Samniten gewesen.

7—9. *in auctor.* etc., s. 3, 21, 1. — *descendere — ferre*, wie oft die That statt des Wollens, 4, 51, 6 u. a. — *deceptos*, in Bezug auf § 2: *perinde ac* etc. — *quam ut*, 4, 12, 11; dagegen § 16: *quam*, 2, 15, 2. — *accipere s. o.*, 5, 55, 2: sie fänden darin eine Andeutung dass es wirklich so kommen werde. — *partitis*, Z. § 632. — *pars* etc., 4, 29, 3.

10—12. *haec*, 2, 38, 5. — *inermes — servos — inpubes* ist wol nur lebhafte Schilderung, da die Stadt nicht erobert wird, oder es soll angedeutet werden, dass auch das Lager von Flüchtigen erfüllt war. — *animal*, lebendes Wesen.

14. *duces*, gehört in etwas verschiedener Bedeutung zu *belli* und zu *supplicii.* — *insatiabilis*, an der man sich nicht sättigen kann, die keinen Ueberdruss erregt, in activer Bedeutung, s. Cic. N. D. 2, 39, 98; Hor. Od. 2, 14, 6: *illa-*

respectus equitum sescentorum, qui Luceriae obsides tene-
15 rentur, praepedisset animos, ne desperata venia hostes cae-
cos in supplicia eorum ageret, perdere prius quam perire
16 optantes. laudare ea milites, laetarique obviam itum irae
suae esse, ac fateri omnia patienda potius quam proderetur
salus tot principum Romanae iuventutis.

15 Dimissa contione consilium habitum, omnibusne copiis
Luceriam premerent, an altero exercitu et duce Apuli circa,
2 gens dubiae ad id voluntatis, temptarentur. Publilius consul
ad peragrandam profectus Apuliam aliquot expeditione una
populos aut vi subegit aut condicionibus in societatem acce-
3 pit. Papirio quoque, qui obsessor Luceriae restiterat, brevi
ad spem eventus respondit. nam insessis omnibus viis, per
quas commeatus ex Samnio subvehebantur, fame domiti Sa-
mnites, qui Luceriae in praesidio erant, legatos misere ad
consulem Romanum, ut receptis equitibus, qui causa belli
4 essent, absisteret obsidione. iis Papirius ita respondit: de-
buisse eos Pontium Herenni filium, quo auctore Romanos sub
iugum misissent, consulere, quid victis patiendum censeret.
5 ceterum quoniam ab hostibus in se aequa statui quam in se
ipsi ferre maluerint, nuntiare Luceriam iussit, arma sarcinas
iumenta multitudinem omnem inbellem intra moenia relin-
6 querent; militem se cum singulis vestimentis sub iugum
missurum, ulciscentem inlatam, non novam inferentem igno-
7 miniam. nihil recusatum. septem milia militum sub iugum

crimabilis; Virg. Aen. 10, 481: *penetrabilis* u. a.

15. *ne* etc., indem sie hätten verhüten wollen, dass u. s. w. — *supplicia* etc., ungeachtet des Blutbades § 11 hoffen sie, dass die Samniten die Geisseln schonen werden. — *perdere* n. die Ritter. — *quam per.*, s. praef. 12. — *obviam it.*, entgegentreten. — *principes*, 2, 20, 10.

15. 1. *Apuli c.*, wie c. 13, 11. — *dubiae* etc. stimmt nicht ganz zu c. 13, 8; c. 2, 5; 8, 25; 27, wenn nicht auch die Orte um Luceria mehr von Samniten als eigentlichen Apulern bewohnt waren, s. Mommsen Dial. 196 f. — *ad id*, von der Zeit, 3, 22, 8 u. a.

2. *condicionibus*, 6, 42, 11; 23, 7, 1 u. a. — *populos*, Staaten, wie in Latium u. a.

3. *ad spem ev.*, 28, 6, 8: *haudquaquam ad spem eventus respondit.* — *insessis* etc. ist schon c. 13, 11 erzählt. — *in praes.*, als Besatzung, das Lager vor der Stadt ist natürlich aufgehoben. — *causa b.*, 1, 13, 3.

5. *in se i. f.*, selbst, n. nach dem Rathe des Pontius, beantragen oder bestimmen wollten. Die § 4 gestellte Bedingung wird nicht anerkannt.

7. *septem m.* etc., diese werden frei gelassen, was an der Grösse des Sieges zweifeln lässt. Nicht minder auffallend ist es, dass die Geisseln, Fahnen u. s. w. in das ausserhalb Samnium liegende, den

missa, praedaque ingens Luceriae capta receptis omnibus signis armisque, quae ad Caudium amissa erant, et quod omnia superabat gaudia, equitibus recuperatis, quos pignora pacis custodiendos Luceriam Samnites dederant. haud ferme 8
alia mutatione subita rerum clarior victoria populi Romani est, si quidem etiam, quod quibusdam in annalibus invenio, Pontius Herenni filius Samnitium imperator, ut expiaret consulum ignominiam, sub iugum cum ceteris est missus. cete- 9
rum id minus miror obscurum esse de hostium duce dedito missoque: id magis mirabile est ambigi, Luciusne Cornelius dictator cum L. Papirio Cursore magistro equitum eas res ad Caudium atque inde Luceriam gesserit, ultorque unicus 10
Romanae ignominiae, haud sciam an iustissimo triumpho ad eam aetatem secundum Furium Camillum triumphaverit, an consulum Papiriique praecipuum id decus sit. sequitur hunc 11
errorem alius error, Cursorne Papirius proximis comitiis cum Q. Aulio Cerretano iterum ob rem bene gestam Luceriae continuato magistratu consul tertium creatus sit, an L. Papirius Mugilanus, et in cognomine erratum sit.

Convenit iam inde per consules reliqua belli perfecta. **16**
Aulius cum Frentanis uno secundo proelio debellavit, urbem-

Angriffen der Römer ausgesetzte Luceria sollen gebracht worden sein. — *pacis* n. *praestandae.*

8. *alia* gehört zu *victoria.* — *mut. subita,* wegen der schnellen Veränderung, die durch denselben eintrat, eine Bemerkung, die man eher c. 13, 4 erwartet hätte, s. Nieb. R. G. 3, 262. — *Pontius* etc. ist wol erfunden, um die Schmach ganz gleich zu machen.

9. *misso*, c. 5, 6. — *id mag.*, das ist mehr u. s. w., *id* gehört nicht zu *ambigi,* wie vorher *id* von *miror* abhängt. — *Cornelius, Lentulus* nach den Fasten, welche jedoch melden, dass er eben so wie Maenius abgedankt habe, dann T. Manlius gewählt worden sei. Die Ungewissheit ist also hier nicht geringer als 8, 40. — *dictator*, in seiner Eigenschaft als D. — *inde Lucer.* ist noch von *ad* abhängig, vgl. 30, 24, 2.

10. *haud sciam a.,* wie auch bei Cicero bisweilen, s. Lael. 14, 51; Or. 1, 60, 255 u. a., um die Behauptung noch mehr als durch *haud scio an* zu mildern. — *secundum Fur. C.*, es ist wol der 5, 49 erwähnte Triumph gemeint, das Unglück bei Caudium wird hier der Zerstörung der Stadt durch die Gallier an die Seite gestellt, obgleich es nach der Darstellung L's selbst, s. c. 10, 6, als nicht so bedeutend, mehr als eine Schmach, erscheint.

11. *error*, 1, 24, 1. — *Aulio,* nach Diod. 18, 38 *Aelius,* 8, 37, 1. — *tertium*, s. c. 7; 8, 23, das vierte Consulat c. 22. — *Mugilanus,* wie 8, 23.

16. Besiegung der Frentaner; Eroberung von Saticula, Papirius Cursor.

1. *convenit*, im Gegensatze zu c. 15, 9: *ambigi.* — *Frentanis* sind das Volk im Gegensatze zur Stadt: *urbem ipsam*, es ist wol

que ipsam, quo se fusa contulerat acies, obsidibus imperatis
2 in deditionem accepit. pari fortuna consul alter cum Satri-
canis, qui cives Romani post Caudinam cladem ad Samnites
defecerant, praesidiumque eorum in urbem acceperant, rem
3 gessit. nam cum ad moenia Satrici admotus esset exercitus,
legatisque missis ad pacem cum precibus petendam triste
responsum ab consule redditum esset, nisi praesidio Samni-
tium interfecto aut tradito ne ad se remearent, plus ea voce
4 quam armis inlatis terroris colonis iniectum. itaque subinde
exsequuntur quaerendo a consule legati, quonam se pacto
paucos et infirmos crederet praesidio tam valido et armato
vim adlaturos. ab isdem consilium petere iussi, quibus au-
5 ctoribus praesidium in urbem accepissent, discedunt; aegre-
que impetrato, ut de ea re consuli senatum responsaque ad
6 se referri sineret, ad suos redeunt. duae factiones senatum
distinebant, una cuius principes erant defectionis a populo
Romano auctores, altera fidelium civium. certatum ab utris-
que tamen est, ut ad reconciliandam pacem consuli opera
7 navaretur. pars altera, cum praesidium Samnitium, quia ni-
hil satis praeparati erat ad obsidionem tolerandam, excessu-
rum proxima nocte esset, enuntiare consuli satis habuit, qua
noctis hora quaque porta et quam in viam egressurus hostis

die nördlich von Apulien wohnende, im Jahre vorher mit den Römern befreundete, c. 13, 6, samnitische Nation, s. 9, 45. Der Name der Stadt ist wie 8, 15, 4 nicht genannt, war aber vielleicht *Frentrum*, s. Mommsen Unterital. Dial. 309 f. — *uno sec. p.*, man hätte nicht erwarten können, dass der ganze Stamm sich so bald unterwerfen werde.

2. *Satricanis*, c. 12, 5. — *cives*, es ist nicht angegeben, wann wieder eine röm. Colonie dahin geführt ist, s. 7, 27 f.; hier waren in den Quellen L's wahrscheinlich die alten Einwohner, s. 3, 4, 4, gemeint, welche die Colonisten vertrieben hatten, Marquardt 3, 1, 16.

3. *cum prec.*, um bestimmter das Verfahren, die Anwendung der Bitten zu bezeichnen, gewöhnlicher ist der blosse Abl., s. 2, 2, 8; 1, 16, 3 u. a.

4. *subinde*, zu wiederholten malen. — *exseq. quaer.*, c. 3, 11. — *paucos*. L. denkt an die geringe Zahl (300) der Colonisten. — *ab isdem*, s. c. 15, 4. Das Asyndeton hebt den Gegensatz.

5. *impetrato*, s. 6, 25, 5: und nachdem sie u. s. w.; wahrscheinlich nach einem neuen Versuche den Consul zu erbitten, sonst würde es dem Vorhergeh.: *discedunt* widersprechen. — *senatum*, wie ihn die Colonien haben. — *se* n. Papirius.

6. *fidelium c.*, es wäre sehr auffallend, wenn diese nicht vorher wären vertrieben oder getödtet worden. — *tamen*, obgleich die eine Partei den Römern feindlich war.

7. *erat ad obs.*, da war um u. s. w.; die Besatzung war jetzt von Samnium abgeschnitten. — *enuntiare*, weil es im Geheimen be-

foret: altera, quibus invitis descitum ad Samnites erat, ea- 8
dem nocte portam etiam consuli aperuerunt, armatosque clam
[nocte] in urbem acceperunt. ita duplici proditione et prae- 9
sidium Samnitium insessis circa viam silvestribus locis nec-
opinato oppressum est, et ab urbe plena hostium clamor
sublatus; momentoque unius horae caesus Samnis, Satricanus
captus, et omnia in potestate consulis erant, qui quaestione 10
habita, quorum opera defectio esset facta, quos sontes con-
perit virgis caesos securi percussit; praesidioque valido in-
posito arma Satricanis ademit. inde ad triumphum deces- 11
sisse Romam Papirium Cursorem scribunt, qui eo duce Lu-
ceriam receptam Samnitesque sub iugum missos auctores sunt.
et fuit vir haud dubie dignus omni bellica laude, non animi 12
solum vigore sed etiam corporis viribus excellens. praeci- 13
pua pedum pernicitas inerat, quae cognomen etiam dedit;
victoremque cursu omnium aetatis suae fuisse ferunt, et seu
virium vi seu exercitatione multa cibi vinique eundem capa-
cissimum; nec cum ullo asperiorem, quia ipse invicti ad la- 14
borem corporis esset, fuisse militiam pediti pariter equitique:
equites etiam aliquando ausos ab eo petere, ut sibi pro re 15
bene gesta laxaret aliquid laboris; quibus ille „ne nihil re- 16
missum dicatis, remitto“ inquit „ne utique dorsum demul-

schlossen war. — *foret*, s. 6, 42, 12.

8. *nocte* ist wol aus der vorhergehenden Zeile wiederholt.

9. *proditione* etc. Der Consul hat die Mittheilungen beider Parteien benutzt. — *hostium* u. Romanorum. — *momentoq. u. h.*, 5, 7, 3; 2, 28, 4 u. a. — *captus*, die Stadt wird als eine eroberte betrachtet, da der Verrath von Einzelnen ausgegangen und nichts für die Bürger ausbedungen war, s. 8, 25, 12: *publice petere quam pacisci malle*, ib. 26, 6.

10—11. *virgis c. s.*, 8, 19, 13. — *arma ad.*, diese Strafe wird hier zum ersten Male, später oft erwähnt, vgl. 42, 8; auch bei der deditio mussten die Waffen ausgeliefert werden, 5, 27; 32; 6, 8 u. a. — *triumphum*, s. c. 15, 10; nach den Triumphalfasten *ann. CDXXXIV X Kal. Sept.*

12. *et fuit*, und in der That. Die hier eingeschobene Charakteristik, s. Nieb. 3, 292, soll die c. 17 folg. Betrachtung vorbereiten.

13. *cognomen e. d.*, der Zuname wird schon dem Grossvater des hier genannten beigelegt, s. 6, 11, 1, vgl. 9, 34, 20. Es ist entweder ein Irrthum L's, wie 4, 29, oder er will sagen, dass Lucius diesen Namen mit besonderem Rechte geführt habe, worauf *victoremque* etc. hindeutet; s. 5, 31, 2. — *virium vi* = *virium robore*.

14—15. *invicti ad l.*, Cic. Font. 15, 33: *virum ad labores belli impigrum;* Ovid. Met. 12, 167: *corpus — invictum ad vulnera erat; ad* in Bezug auf, für, s. 6, 18, 4. — *etiam*, so hätten auch einmal; zur Bestätigung des Vorhergeh.

16. *ne nihil* etc., c. 1, 3. — *ne utique* etc., dass ihr euch in keiner Weise den Rücken reiben lässt. Dieses zu thun wäre ohnehin für

ceatis, cum ex equis descendetis.“ et vis erat in eo viro
17 imperii ingens pariter in socios civesque. Praenestinus prae-
tor per timorem segnius ex subsidiis suos duxerat in primam
aciem; quem cum inambulans ante tabernaculum vocari ius-
18 sisset, lictorem expedire securem iussit. ad quam vocem
exanimi stante Praenestino „agedum, lictor, excide radicem
hanc“ inquit „incommodam ambulantibus;“ perfusumque
19 ultimi supplicii metu multa dicta dimisit. haud dubie illa
aetate, qua nulla virtutum feracior fuit, nemo unus erat vir,
quo magis innixa res Romana staret. quin eum parem desti-
nant animis magno Alexandro ducem, si arma Asia perdo-
mita in Europam vertisset.

17 Nihil minus quaesitum a principio huius operis videri
potest, quam ut plus iusto ab rerum ordine declinarem, va-
rietatibusque distinguendo opere et legentibus velut deverti-
2 cula amoena et requiem animo meo quaererem. tamen tanti
regis ac ducis mentio, quibus saepe tacitis cogitationibus vo-

die Reiter schmachvoll gewesen. Wie verhält sich das zweifache *ne* zu *remitto?*

17. *praetor* ist hier nicht wie 8, 11, 4 zu nehmen, sondern der Anführer einer ala oder Cohorte der Bundestruppen, die jedoch gewöhnlich Römer sind und *praefecti* heissen, s. 8, 36, 6; während die *praetores* die Truppen dem Heere nur zuführten. — *ex subsid.*, die Triarier oder überhaupt die Reserve.

18. *exanimi*, s. 1, 25, 6. — *stante*, 1, 14, 4; 8, 12, 9. — *multa*, 4, 30, 8; s. Digest. XLIX. 16, 3, § 1: *poenae militum huiusce modi sunt: castigatio, pecuniaria multa, munerum indictio* etc., daher Polyb. 6, 37: *κύριος δ' ἐστὶ καὶ ζημιῶν ὁ χιλίαρχος καὶ ἐνεχυριάζων*, d. h. *pignoris capiendi*, um die Mult beizutreiben, Marquardt 3, 2, 436; gewöhnlich wird der Sold nicht ausgezahlt, 40, 41; Val. Max. 2, 7, 15; Front. Strat. 4, 1, 21 u. a.

19. *feracior*, Becker 2, 2, 5. — *nemo unus*, nicht ein einziger, s. 2, 9, 8. — *innixa*, 6, 1, 4. — *parem*, 7, 33, 2. — *destinant*, die Schriftsteller zu L's Zeit, welche der Behauptung der Griechen, c. 18, 6, gegen welche auch der folgende Excurs gerichtet, widersprachen. — *animis*, nicht in der Wirklichkeit. — *si*, für den Fall.

17—19. Vergleichung der röm. Macht mit der Macedonischen unter Alexander dem Grossen. Wahrscheinlich hat L. angenommen, dass Alex. in diesem Jahre gestorben sei; Nieb. R. G. 2, 638.

1. *a princip.*, gleich von Anfang an konnte ich (da dieses Werk der an sich schon so reichen, s. praef. 4, Geschichte des röm. Volkes gewidmet ist) nichts weniger beabsichtigen. *principium* steht wie praef. 13 *orsa* dem Fortgange entgegen. — *varietatibus* etc., durch bunten, mannigfaltigen Stoff schmükkend. — *legentibus*, praef. 4. — *deverticula*, Episoden. — *requiem*, Erholung. Die Stellung der Worte chiastisch. — *quaererem* nach *quaesitum; operis* nach *opere*, s. 1, 53, 4.

2. *quibus — eas*, Attraction und Umstellung, 1, 1, 3. — *volut. an.*, hierzu kann *mentio* nicht insofern

lutavit animum, eas evocat in medium, ut quaerere libeat,
quinam eventus Romanis rebus, si cum Alexandro foret bel-
latum, futurus fuerit. plurimum in bello pollere videntur 3
militum copia et virtus, ingenia imperatorum, fortuna, per
omnia humana, maxime in res bellicas potens. ea et sin- 4
gula intuenti et universa sicut ab aliis regibus gentibusque,
ita ab hoc quoque facile praestant invictum Romanum im-
perium. iam primum ut ordiar ab ducibus conparandis, 5
haud equidem abnuo egregium ducem fuisse Alexandrum;
sed clariorem tamen eum facit, quod unus fuit, quod adu-
lescens in incremento rerum nondum alteram fortunam ex-
pertus decessit. ut alios reges claros ducesque omittam, 6
magna exempla casuum humanorum, Cyrum, quem maxime
Graeci laudibus celebrant, quid nisi longa vita, sicut Magnum
modo Pompeium, vertenti praebuit fortunae? recenseam du- 7
ces Romanos, nec omnes omnium aetatium, sed ipsos eos,
cum quibus consulibus aut dictatoribus Alexandro fuit bel-
landum, M. Valerium Corvum, C. Marcium Rutilum, C. Sul- 8
picium, T. Manlium Torquatum, Q. Publilium Philonem, L.
Papirium Cursorem, Q. Fabium Maximum, duos Decios, L.
Volumnium, M'. Curium. deinceps ingentes sequuntur viri, 9

sie von L. ausgeht Subject sein, sondern die durch Erwähnung Anderer veranlasste Erinnerung an den grossen König, oder die Vorstellung von ihm, die Erinnerung an ihn überhaupt. Die ungewöhnliche Construct., denn sonst heisst es: *rem animo volutare*, ist wol nach der Analogie von *spe incitare* u. a., s. 4, 6, 3, zu erklären: durch welche Gedanken sie im Stillen meinen Geist bewegt, beschäftigt, zu welchen sie denselben vielfach veranlasst hat.

3. *ingenia imper.*, s. Cic. Leg. Man. 10, 28. — *per*, die Verbereitung über; *in*, der Einfluss auf etwas.

4. *intuenti — praestant*, wenn man — betrachtet, so geben sie die Gewähr, Ueberzeugung von der Unüberwindlichkeit u. s. w. Ueber die aus Patriotismus hervorgegangene Ueberschätzung der römischen Macht s. Nieb. R. G. 3, 105. — *regibus g.*, von Königen beherrschte und freie Nationen. — *praestant*, vgl. 4, 24, 4: *tuta omnia praestanda.*

5–6. *iam pr.*, 1, 1, 1. — *in incremento*, „im Werden.“ — *ut alios* etc. führt das Vorhergeh. in chiastischer Ordnung aus; § 6: *quod adulescens* etc.; § 7: *quod unus* etc. — *casuum h.*, c. 8, 4. *magnum*, s. 1, 46, 5. — *modo*, vor wenigstens 20 Jahren, 6, 40, 17. — *praebuit*, hat blossgestellt. — *vertenti*, dem sich abwendenden.

7—8. *recenseam* etc., alle diese Feldherrn würden jeder für sich § 10 Alexander nicht nachstehen, wenn sie nicht andere neben sich gehabt hätten. — *fuit b.*, Zumpt § 518. — *Sulpicium*, c. 24; der 7, 19 genannte kann nicht wol gemeint sein. — *Volumnium*, c. 42. — *Curium*, Epit. 11, schon dieser wie der jüngere Decius würden Alexander nur haben entgegentre-

si Punicum Romano praevertisset bellum, seniorque in Ita-
10 liam traiecisset. horum in quolibet cum indoles eadem quae
in Alexandro erat animi ingeniique, tum disciplina militaris
iam inde ab initiis urbis tradita per manus in artis perpe-
11 tuis praeceptis ordinatae modum venerat. ita reges gesse-
rant bella, ita deinde exactores regum Iunii Valeriique, ita
deinceps Fabii Quinctii Cornelii, ita Furius Camillus, quem
iuvenes ii quibus cum Alexandro dimicandum erat senem vi-
12 derant. militaria opera pugnando obeunti Alexandro — nam
ea quoque haud minus clarum eum faciunt — cessisset vi-
delicet in acie oblatus par Manlius Torquatus aut Valerius
13 Corvus, insignes ante milites quam duces; cessissent Decii
devotis corporibus in hostem ruentes; cessisset Papirius Cur-
14 sor illo corporis robore, illo animi. victus esset consiliis
iuvenis unius, ne singulos nominem, senatus ille, quem qui
ex regibus constare dixit unus veram speciem Romani sena-
15 tus cepit. id vero erat periculum, ne sollertius quam qui-

ten können, wenn er ziemlich bejahrt den Krieg begonnen hätte; obgleich L. annimmt, dass dieses erst bei der zweiten Reihe, die § 9 parenthetisch nur im Allgemeinen bezeichnet ist, geschehen sein würde.

9. *deinceps,* unmittelbar darnach, etwa Fabricius, Coruncanius u. a. — *si* etc., mit denen er dann hätte kämpfen müssen, wenn u. s. w. — *praevertisset*, s. 2, 24, 5; Z. § 417: wenn er eher mit Carthago als mit Rom u. s. w. Ueber die Sache s. Justin. 21, 6; Curtius 4, 19, 18.

10. *horum* etc.: alle diese wären Alex. gleich gewesen an Geist, Kenntniss des Kriegswesens, persönlicher Tapferkeit § 13 u. Kriegskunst § 15. — *indoles* etc., c. 4, 9: an productiver Kraft des Geistes und Thatkraft. — *tum* — *venerat* ist selbständig dargestellt, weil zugleich bezeichnet werden soll, dass sie ein gemeinsames Eigenthum aller gewesen sei, sonst würde man erwarten: *disciplina m., quae.* — *per m.,* 1, 3, 7. — *in artis* etc., in ein auf immer beobachtete, von Einem auf den Anderen übergegangene Regeln gegründetes System. Die mannigfachen Veränderungen im Kriegswesen 8, 8 sind nicht beachtet.

11. *ita,* in dieser Weise, wie sie als bekannt § 10 bezeichnet ist. — *iuvenes,* wol nicht alle, namentlich nicht Valerius Corvus, die Decier, Curius. — *dimicand. erat,* wie § 7 *fuit bell.*

12—13. *m. opera,* persönliche Theilnahme am Kampfe, daher im Folg. *milites.* — *oblatus par,* als Gegner aufgestossen wäre, s. c. 16, 19. — *ruentes*=*qui ruerent,* die doch u. s. w. — *illo c.,* c. 16, 12.

14. *consiliis,* Kriegspläne, die später wenigstens oft im Senate entworfen wurden. Dieses ist auch wol der Grund, wesshalb die Vergleichung der Feldherrntalente unterbrochen wird. Zu dem Satze ist wieder *videlicet* zu denken. — *unus,* bekanntlich Cineas, s. Plut. Pyrrh. 19. — *speciem*, Vorstellung, Idee. — *Romani sen.* ist mit Nachdruck wiederholt, sonst könnte *quem qui* als *cuius qui* aufgefasst werden; Z. § 804.

15. *id vero* etc., das aber erst. — *quilib. unus*, c. 16, 19: jeder

libet unus ex his quos nominavi castris locum caperet, com-
meatus expediret, ab insidiis praecaveret, tempus pugnae
deligeret, aciem instrueret, subsidiis firmaret. non cum Da- 16
reo rem esse dixisset, quem mulierum ac spadonum agmen
trahentem, inter purpuram atque aurum, oneratum fortunae
apparatibus suae, praedam verius quam hostem, nihil aliud
quam bene ausus vana contemnere, incruentus devicit. longe 17
alius Italiae quam Indiae, per quam temulento agmine co-
misabundus incessit, visus illi habitus esset, saltus Apuliae
ac montes Lucanos cernenti et vestigia recentia domesticae
cladis, ubi avunculus eius nuper Epiri rex Alexander absum-
ptus erat. Et loquimur de Alexandro nondum merso secun- 18
dis rebus, quarum nemo intolerantior fuit. qui si ex habitu 2
novae fortunae novique, ut ita dicam, ingenii, quod sibi vi-
ctor induerat, spectetur, Dareo magis similis quam Alexan- 3
dro in Italiam venisset, et exercitum Macedoniae oblitum de-
generantemque iam in Persarum mores adduxisset. referre 4
in tanto rege piget superbam mutationem vestis, et deside-
ratas humi iacentium adulationes, etiam victis Macedonibus

beliebige wäre ihm gleich gewesen. Zur Sache vgl. das Urtheil Hannibals 35, 14, 8: *Pyrrhum castra metari primum docuisse; ad hoc neminem elegantius loca cepisse, praesidia disposuisse.* Die Gleichheit der Endung in *caperet, expediret* etc. ist wol absichtlich. In dem Satze ist die höhere Kriegskunst, verschieden von der *disciplina mil.* § 10, dargestellt.

16. *non,* wahrlich nicht. — *trahentem* n. *secum,* die ungeordnete Masse mit Mühe mit sich schleppend. — *verius,* 1, 56, 9. — *bene a.,* es bedurfte nur des Wagnisses die Macht als eine eitle zu verachten.

17. *comisabundus,* Curt. 9, 42. — *saltus Ap.,* es wird vorausgesetzt, dass er von Griechenland aus in Apulien gelandet sein würde. — *vestigia,* 8, 24.

18. Das Uebergewicht Alexanders wird zweifelhaft wegen seines Uebermuthes und seiner Schwelgerei § 1—5; seine Grösse würde die Römer nicht geblendet haben 6—8; sein kurzes Glück lässt sich mit dem des röm. Volkes nicht vergleichen 9—11; die röm. Feldherrn haben unter weit schwierigeren Verhältnissen nicht Geringeres als Al. geleistet 12—19.

18. 1—3. *et,* und zwar. — *merso,* 6, 14, 7. — *induerat,* 3, 33, 7. — *si spectetur venisset,* kurz st.: *si spectetur, apparet eum venturum fuisse si venisset.* — *magis sim.,* in höherem Grade ähnlich. — *Alexandro* st. *sibi,* um den Gegensatz zu heben. — *degenerantem* etc., schon in der Ausartung begriffen, welche sie zu den persischen Sitten führen musste; Tac. Germ. 46: *in Sarmatarum habitum foedantur.*

4. *adulationes,* der eigentliche Ausdruck für die Ehrenbezeugung der Orientalen; Curt. 8, 17, 6: *more Persarum Macedonas venerabundos ipsum salutare, prosternentes humi corpora* (προσκυνεῖν) *iussit.* — *victis* = *si essent victi,* c. 3, 2; 21, 43, 5: *praemia vobis ea victoribus proponit.* — *sup-*

graves, nedum victoribus, et foeda supplicia, et inter vinum
et epulas caedes amicorum, et vanitatem ementiendae stirpis.
5 quid si vini amor in dies fieret acrior? quid si trux ac
praefervida ira? — nec quicquam dubium inter scriptores
refero — nullane haec damna imperatoriis virtutibus duci-
6 mus? id vero periculum erat, quod levissimi ex Graecis, qui
Parthorum quoque contra nomen Romanum gloriae favent,
dictitare solent, ne maiestatem nominis Alexandri, quem ne
fama quidem illis notum arbitror fuisse, sustinere non po-
7 tuerit populus Romanus, et adversus quem Athenis, in civi-
tate fracta Macedonum armis, cernente tum maxime prope
fumantes Thebarum ruinas, contionari libere ausi sunt homi-
nes, id quod ex monumentis orationum patet, adversus eum
nemo ex tot proceribus Romanis vocem liberam missurus
8 fuerit? quantalibet magnitudo hominis concipiatur animo,
unius tamen ea magnitudo hominis erit, collecta paulo plus
9 decem annorum felicitate; quam qui eo extollunt, quod po-
pulus Romanus etsi nullo bello multis tamen proeliis victus
sit, Alexandro nullius pugnae non secunda fortuna fuerit,
non intelligunt se hominis res gestas et eius iuvenis cum
populi iam octingentesimum bellantis annum rebus conferre.

plicia, des Philotas, Curt. 6, 44. *amicorum*, des Clitus, Curt. 8, 5, 52. — *vanitat. em. st.*, Curt. 8, 17, 5: *Iovis filium non dici tantum se, sed etiam credi volebat.*

5. *fieret*, darauf geworden wäre, vgl. dagegen Curt. 10, 18, 34: *iracundiam et cupidinem vini sicut iuventa irritaverat, ita senectus mitigare potuisset.* — *nec quicq.* etc., während so Vieles über Alexander gefabelt wurde. — *virtutibus*, s. c. 19, 7.

6. *id v.*, c. 17, 15. — *levissimi e. G.*, man glaubt, dass besonders Timagenes gemeint sei, s. Bernhardi Röm. Literaturgeschichte S. 543, doch wurde die Frage auch wol von Anderen behandelt. — *Parthorum*, c. 19, 16. — *quoque*, wie den Ruhm Alexanders. Wahrscheinlich stützten die Griechen ihre Behauptung, dass die Römer Alexander würden erlegen sein, auf die Niederlagen, die Crassus und Antonius von den Parthern erlitten hatten. Die dabei kund gegebene Herabsetzung der röm. Macht hat die Episode veranlasst. — *ne f. q.*, nach Plin. 3, 9, 57 haben dagegen die Römer an Alex., nach Strab. 5, 5, 232 hat Alex. an die Römer Gesandte geschickt; Nieb. 1, 472.

7. *in civit.*, Zumpt § 399. — *contionari* etc., Demosthenes und Lycurgus, deren Reden L. noch kannte. — *missurus f.*, ohne *ne* wäre es *missurus fuit*, vgl. § 6: *potuerit.*

8. *hominis*, des Mannes; dagegen § 9 *hominis*, eines einzelnen Menschen, im Gegensatze zu dem Volke. — *paulo p. d.*, § 10: *tredecim.* — *felicitate* etc., hier wird der dritte der c. 17, 3 angegebenen Vergleichungspunkte eingeschoben.

9. *extollunt*, die § 6 genannten. — *et eius iuv.* = *et hominis quidem, qui iuvenis erat:* der noch

miremur, si, cum ex hac parte saecula plura numerentur 10
quam ex illa anni, plus in tam longo spatio quam in aetate
tredecim annorum fortuna variaverit? quin tu hominis cum 11
homine et ducis cum duce fortunam cum fortuna confers?
quot Romanos duces nominem, quibus numquam adversa 12
fortuna pugnae fuit! paginas in annalibus magistratuum fa-
stisque percurrere licet consulum dictatorumque, quorum nec
virtutis nec fortunae ullo die populum Romanum paenituit.
et quo sint mirabiliores quam Alexander aut quisquam rex, 13
denos vicenosque dies quidam dictaturam, nemo plus quam
annum consulatum gessit; ab tribunis plebis dilectus inpe- 14
diti sunt; post tempus ad bella ierunt, ante tempus comitio-
rum causa revocati sunt; in ipso conatu rerum circumegit
se annus; collegae nunc temeritas nunc pravitas inpedimento 15
aut damno fuit; male gestis rebus alterius successum est;
tironem aut mala disciplina institutum exercitum acceperunt.
at hercule reges non liberi solum inpedimentis omnibus sed 16
domini rerum temporumque trahunt consiliis cuncta, non se-

Jüngling war. — *octingent.*, da L. gegen Schriftsteller seiner Zeit spricht, so giebt er in runder Summe die Zahl der Jahre bis zu dieser an, s. praef. 4, Einleit. S. 8. Doch wäre es auffallend, wenn die Gegner L's nicht die Macht der Römer, wie sie zu Alexanders Zeit war, mit der macedonischen sollten verglichen haben, wie es c. 19, 3 geschieht.

10. *miremur*, darf man sich wundern. — *saecula pl.* Auch diese Worte können sich nur auf die Zeit L's, nicht auf die Alexanders beziehen, *saecula* daher nur von Menschenaltern zu 33 Jahren verstanden werden. Der Nachdruck liegt also auf *plura*, und der weniger genaue Ausdruck ist wol gewählt um abzuwechseln und den Gegensatz zu *anni* schärfer hervortreten zu lassen, vgl. 7, 32, 8.

11. *hominis* etc., um nicht *hominis fortunam cum fortuna hominis* etc., oder *hominis ducisque fortunam cum homine et duce* zu sagen hat L. die, c. 10, 3 gebrauchte Ausdrucksweise weiter ausbildend, den verglichenen Begriff ganz abgesondert und die verschiedenen Verhältnisse desselben unter sich verglichen.

12. *nominem*, könnte ich nennen. — *annalibus m. f.*, beide sind wesentlich gleich, doch enthielten die letzteren zugleich die Jahre nach Erbauung der Stadt neben den Namen der Magistrate, die ersteren wol auch die wichtigen Ereignisse der einzelnen Jahre, vgl. 4, 3; 20; Becker 1, 17. — *ullo d.*, auch nur an einem Tage, stärker als *umquam*.

13. *quisq. r.*, Z. § 676; indem sich *quam* der Negation: nicht irgend ein K., nähert. — *nemo p. q. a.*, an die Proconsuln ist dabei nicht gedacht.

14. *post t.*, nach der rechten, günstigen Zeit, wie *in tempore, ad tempus* und sogleich: *ante tempus.* — *conatu*, s. 32, 28, 4: gerade wenn sie ihre Unternehmungen beginnen wollten.

16. *domini*, Demost. Olynth. 1, 4: τὸ γὰρ εἶναι πάντων ἐκεῖνον ἕνα ὄντα κύριον καὶ ῥητῶν καὶ

17 quuntur. invictus ergo Alexander cum invictis ducibus bella gessisset, et eadem fortunae pignera in discrimen detulisset.
18 immo etiam eo plus periculi subisset, quod Macedones unum Alexandrum habuissent, multis casibus non solum obnoxium
7—8. *per occ. al. p.*, wenn dem einen Theile sich eine Gelegenheit darbietet, oder derselbe sie benutzt, s. 5, 26, 9; 24, 3, 17: *levia proelia ex occassione huius aut illius partis.* — *alterius*, 1, 13, 3. — *conciri* scheint statt des gewöhnlichen *conseri* gebraucht, weil dieses zur Bezeichnung der nur von einer Partei ausgehenden Ueberfälle weniger passend war, ähnlich 10, 18, 1: *bellum—concitur.* — *velut p. c.* mit

inter ruinas muri tectaque urbis modico distantia intervallo con-
stiterant. hinc spes, hinc desperatio animos inritat, Poeno ce- 8
pisse iam se urbem, si paulum adnitatur, credente, Saguntinis
pro nudata moenibus patria corpora opponentibus, nec ullo pe-
dem referente, ne in relictum a se locum hostem inmitteret.
itaque quo acrius et confertim magis utrimque pugnabant, eo plu- 9
res vulnerabantur nullo inter arma corporaque vano intercidente
telo. phalarica erat Saguntinis, missile telum hastili abiegno et 10
cetera tereti praeterquam ad extremum, unde ferrum extabat. id,
sicut in pilo, quadratum stuppa circumligabant linebantque pice.
ferrum autem tres longum habebat pedes, ut cum armis transfi- 11
gere corpus posset. sed id maxime, etiam si haesisset in scuto,
nec penetrasset in corpus, pavorem faciebat, quod, cum medium 12
accensum mitteretur conceptumque ipso motu multo maiorem
ignem ferret, arma omitti cogebat, nudumque militem ad inse-
quentes ictus praebebat. Cum diu anceps fuisset certamen, et **9**

Nachdruck vorangestellt; der Abl. wie § 1. — *constiterant*, s. 9, 27, 9; 8, 32, 2; 7, 23, 7; enthält zugleich den Erfolg von *procursum est:* von beiden Seiten drang man vor, und stellte sich auf. — *hinc — hinc*, 1, 13, 2. — *spes desperatio* sind, wie oft, personificiert. — *cepisse* wie § 5 *captam* bezeichnen den sichern Erfolg = *ceperimus, si adnitemur*, vergl. 23, 13, 6: *debellatumque mox fore, si adniti paulum voluissent.* — *ullo* 9, 34, 1; ib. 2, 10.

9. *confertim* findet sich nur noch 31, 43, 3; sonst braucht L. *confertus*, doch ist desshalb a. u. St. nicht *conferti* zu lesen, da sonst das Adjectiv vor dem Adverbium vorangehen würde, s. 2, 30, 11; verschieden ist 5, 51, 11: *omnia prospere — adversa.* — *inter a. c.* zwischen denselben, ohne sie zu treffen. *corporaque* fügt das Bedeutendere hinzu: nicht allein die Waffen wurden getroffen, sondern auch die Körper. — *vano* praef. 11.

10. *phalarica;* die Anknüpfung ist etwas locker, es soll nur das weniger gewöhnliche Vertheidigungsmittel bemerklich gemacht werden. Zur Sache s. Paul. Diac. p. 88: *falarica genus teli missile, quo utuntur ex falis i. e. ex locis exstructis* (nach Nonius p. 555: *turribus ligneis*) *dimicantes;* anderer Art sind die 34, 14: *emissis soliferreis phalaricis gladios strinxerunt* erwähnten. — *cetera* c. 7, 10: *femur.* — *sicut p. p.* geht nur auf *quadratum;* nur dieser Theil, nämlich der mit *ad extremum* bezeichnete. Das *pilum* hatte also zu L's Zeit wenigstens einen viereckigen Schaft, nach App. Celt. 1 auch eine viereckige Spitze, s. 7, 23, 8. *ferrum* etc. Erklärung von *unde ferrum extabat*, Subject ist *phalarica*, bei *posset* aber *ferrum.* — *sed* Beschränkung von *cum — corpus:* indess war dieses nicht einmal nöthig, sondern u. s. w. — *id maxime* steht mit Nachdruck vor dem Nebensatze. — *etiam si* wenn es auch nur. Ueber den Conjunctiv 1, 32, 13. — *medium*, 8, 24, 14; es ist das § 10 *ad extremum* genannte Stück. — *conceptum* gehört zunächst zu *maiorem*, gerade durch die Bewegung vermehrt. — *omitti* 7, 11, 4.

9. 1—2. *quia resist.*, nach der Ansicht der Saguntiner: da sie sa-

Saguntinis, quia praeter spem resisterent, crevissent animi, Poe-
2 nus, quia non vicisset, pro victo esset, clamorem repente oppidani
tollunt, hostemque in ruinas muri expellunt, inde inpeditum tre-
pidantemque exturbant, postremo fusum fugatumque in castra
redigunt.
3 Interim ab Roma legatos venisse nuntiatum est; quibus ob-
viam ad mare missi ab Hannibale qui dicerent, nec tuto eos adi-
turos inter tot tam effrenatarum gentium arma, nec Hannibali in
4 tanto discrimine rerum operae esse legationes audire. apparebat
non admissos Carthaginem protinus ituros. litteras igitur nun-
tiosque ad principes factionis Barcinae praemittit, ut praepararent
suorum animos, ne quid pars altera gratificari populo Romano
10 posset. Itaque praeterquam quod admissi auditique sunt, ea quo-
2 que vana atque inrita legatio fuit. Hanno unus adversus senatum
causam foederis magno silentio propter auctoritatem suam non
3 cum adsensu audientium egit, per deos foederum arbitros ac

hen, dass sie Widerstand leisten konnten, ebenso *vicissent.* — *pro victo* so gut als besiegt, 2, 7, 2; 10, 35, 7. — *in ruinas*, bis jetzt haben die Punier die Bresche hinter sich gehabt, jetzt werden sie in dieselbe, dann darüber hinausgetrieben (*exturbant* n. *ruinis*).

3. *interim=inter haec*, knüpft an c. 6, 8 an. — *ab Roma* 2, 33, 6. — *dicerent*, melden sollten, *negarent* würde nur die Verneinung einer Ansicht, Behauptung enthalten, vergl. 10, 13, 9. — *effrenatarum*, wild, zügellos, so dass die Verletzung der geheiligten Person der Gesandten zu fürchten sei. Ob die Soldaten wirklich so waren, kommt nicht in Betracht, da das Ganze nur ein Vorgeben ist, um die Gesandten fern zu halten. — *operae e.*, er habe keine Zeit, s. 4, 8, 3; vergl. 1, 24, 6. Dasselbe erzählen App. 6, 11; Zon. 8, 22, vergl. c. 6, 7 u. 10, 6.

4. *literas i. nunt.* Boten mit Briefen, oder Beides besonders, um die schriftlichen Berichte durch mündliche Mittheilungen zu unterstützen. Nach Polyb. 3, 15, 8 hat H. schon vor dem Beginn der Belagerung, s. App. 6, 9, und zwar an den Senat in Carthago Boten geschickt, nicht, wie L. berichtet, nur an die Barcinische Partei. — *pars alt.* die Gegenpartei, vergl. 5, 38, 5: *in altera acie.* — *gratificari p. R.*, nach Perizonius; die handschr. Lesart: *gr. pro Romanis* wäre immer noch verschieden von den Stellen, die man etwa vergleichen könnte, wie 4, 27, 11: *pro se incautos;* 2, 24, 4: *metum pro universa republica;* 9, 24, 8: *locus pro nobis erit;* 28, 33, 9: *Scipio pro se esse ratus;* Tac. H. 1. 5: *pro republica honesta* u. a. Warum H. fürchtet, man möge den Römern willfahren, da seine Partei doch die vorherrschendste ist, s. c. 3; 10; 11, geht aus L's. Darstellung nicht hervor.

10. 1—2. *ea quoq.*, sonst fügt *quoque, etiam, et* nach *praeterquam quod* ein neues Prädicat desselben Gegenstandes an, hier bezieht sich *quoque* etc. auf ein anderes Subject, die Gesandschaft der Römer an Hannibal: *ut legatio ad Hannibalem missa ita haec quoque vana fuit, praeterquam q.* etc. — *causam foed.* c. 2, 7. — *adversus sen.*, der Ansicht des Senates entgegen. —*non c.*

testes senatum obtestans, ne Romanum cum Saguntino suscita-
rent bellum. monuisse praedixisse se, ne Hamilcaris progeniem
ad exercitum mitterent. non manes, non stirpem eius con-
quiescere viri; nec umquam, donec sanguinis nominisque Barcini
quisquam supersit, quietura Romana foedera. „iuvenem flagran- 4
tem cupidine regni, viamque unam ad id cernentem, si ex bellis
bella serendo succinctus armis legionibusque vivat, velut mate-
riam igni praebentes ad exercitus misistis. aluistis ergo hoc in-
cendium, quo nunc ardetis. Saguntum vestri circumsedent exer- 5
citus, unde arceantur foedere: mox Carthaginem circumsedebunt
Romanae legiones ducibus isdem diis, per quos priore bello
rupta foedera sunt ulti. utrum hostem an vos an fortunam utrius- 6
que populi ignoratis? legatos ab sociis et pro sociis venientes
bonus imperator vester in castra non admisit, ius gentium sus-
tulit: hi tamen, unde ne hostium quidem legati arcentur, pulsi

ad. aber nicht u. s. w.: er wurde zwar gehört, konnte aber nicht erlangen, dass ihm der Senat zustimmte; der Gedanke ist also verschieden von *adversus sen.*, s. 3, 72, 1: *cum Scaptium non silentio modo sed cum adsensu etiam audiri animadvertissent.* — Die folgende Rede ist L's Werk und giebt, wenn auch Einiges nicht genau ist, eine sehr anschauliche Schilderung der Friedenspartei.

3. *monuisse p.* geht auf c. 3, 4. Ueber die Zusammenstellung der beiden Wörter s. 2, 10, 4, vgl. 2, 54, 4: *suadent, monent.* — *non manes*, s. 3, 58, 11: *manesque Verginiae — tandem quieverunt;* 3, 19, 1; *conquiescere* ist mit *quietura* absichtlich zusammengestellt, die Bedeutung aber etwas verschieden: Hamilcar habe auch im Tode keine Ruhe, sondern verfolge seine Pläne gegen Rom — das Bündniss werde nicht in Ruhe gelassen, „bleibe nicht unangefochten", 24, 31, 8: *nec umquam quieturas Syracusas, donec quisquam externorum auxiliorum in urbe — esset;* Sil. It. 2, 296.

4—5. Die Gegner haben den Krieg angeregt, der Carthago stürzen wird. — *iuvenem* etc.; über den Uebergang in oratio recta s. 1, 13, 3; 2, 7, 9. — *regni*, c. 3, 5. — *ex bellis b. s.* einen unmittelbar an den anderen reihen, 2, 18, 10; 7, 39, 3: *alias ex aliis fingendo moras.* — *succinctus* durch ein Zeugma auch auf *legionibus* bezogen. — *vivat* leben kann. — *materiam* c. 3, 6. Das Bild wird im nächsten Satze, der mit Nachdruck die Folge angiebt, fest gehalten. 6, 1, 13. — *per q.* durch deren Vermittelung, Unterstützung. — *ulti* auf *Romani* in *Romanae legiones* bezogen.

6—10. Gründe, warum der Krieg für Carthago einen unglücklichen Ausgang nehmen muss. — *utrum* etc., vgl. 6, 7, 3: *hostem an me an vos ignoratis;* in Bezug auf das mehrmalige *an* 28, 43, 12: *utrum maior — an maiores — an aetas — an cum Carthaginiensi* etc. — *legatos* etc., der Krieg wird mit einer Verletzung des Völkerrechtes begonnen, denn dieses forderte die Zulassung der Gesandten der Bundesgenossen; anders 22, 58, 9. — *vester* wie vorher *vos*, weil Alles von der Gegenpartei ausgegangen ist. Im Folg. dagegen ist *nos* angemessen, weil der ganze Senat entscheiden soll, und der Redner jetzt seine Ansicht über die Sache ausspricht. — *unde* etc., von

ad nos venerunt; res ex foedere repetunt. ut publica fraus ab-
7 sit auctorem culpae et reum criminis deposcunt. quo lenius
agunt, segnius incipiunt, eo, cum coeperint, vereor ne perseve-
rantius saeviant. Aegatis insulas Erycemque ante oculos propo-
nite, quae terra marique per quattuor et viginti annos passi sitis.
8 nec puer hic dux erat sed pater ipse Hamilcar, Mars alter, ut isti
volunt. sed Tarento, id est Italia, non abstinueramus ex foedere,
9 sicut nunc Sagunto non abstinemus. vicerunt ergo dii homines-
que; et id de quo verbis ambigebatur, uter populus foedus rupis-
set, eventus belli velut aecus iudex, unde ius stabat, ei victoriam

einer Stelle (aus der Nähe des Feldherrn) zurückgewiesen, von wo nicht einmal, st. während sonst nicht einmal — die Gesandten zurückweisen u. s. w. — *res ex f. r.* s. § 13; das Bündniss untersagte die Saguntiner anzugreifen; es musste ihnen also Genugthuung gegeben werden, vgl. 1, 23, 7. — *ut publ. f. a.* damit offenbar werde, dass der Staat frei von Schuld sei, oder: damit der Staat seine Unschuld darthun könne. Die handsch. Lesart *repetuntur p.* ist störend und sehr hart. Zur Sache s. 8, 14, 4: *crimen rebellionis a publica fraude in paucos auctores versum* u. a. — *auctor. c.* den der die Rechtsverletzung begangen hat. — *deposcunt,* die Auslieferung schliesst schon den Begriff der Strafe ein, s. § 12; c. 18, 4, der jedoch auch hinzutreten kann, s. c. 6, 8: *in poenam;* c. 44, 4: *ad supplicium depoposcerunt.*

7. *lenius* etc. diese Milde darf aber nicht täuschen. — *incipiunt — coeperint:* den Anfang machen — die Handlung (den Krieg) beginnen; Cic. Verr. 5, 10: *cum ver esse coeperat — sed — tum ver incipere arbitrabatur;* die Stellung ist chiastisch. — *Aegates — dedit* bezieht sich auf § 6: *vos, fortunam,* und führt dieses aus. — *Aegates* Peter 1, 353; Mommsen 1, 357. *Erycemque* ist noch hinzugefügt, weil Hamilcar diese von ihm so lange behauptete Stadt, s. 28, 41, 5, beim Friedensschluss hatte verlassen müssen. — *quae* etc. asyndeton summativum: überhaupt Alles.

8 — 9. *nec puer,* den Feldherrngeist H's mochten Anfangs Viele noch nicht ahnden, Polyb. 3, 16, 5, s. dagegen L. 21, 39, 8. — *isti* die Gegner überhaupt, als ob sie nicht angeredet würden. — *sed:* der unglückliche Erfolg ungeachtet eines solchen Führers darf nicht auffallen, da wir damals. — *Tarento* L. folgt, wie wahrscheinlich im 14. Buche, s. Epit. *Carthaginiensium classis auxilio Tarentinis venit, quo facto ab his foedus violatum est,* der Ansicht, dass den Carthagern nicht erlaubt gewesen sei Italien zu berühren, während Polyb. 3, 26 nachweist, dass die Bündnisse der Römer mit Carthago eine solche Bestimmung nicht enthielten. Zur Sache s. Mommsen 1, 273 ff. 335. Später wurde das Erscheinen der carthag. Flotte vor Tarent zum Vorwande des Krieges genommen, Zon. 8, 8. — *ex foed.* kurz st. *ut ex foedere abstinere debebamus,* 1, 23, 7. — *i. est I.* d. h. so viel als; weil nach der Ansicht des Redners wol Italien in dem Bündnisse genannt war, aber nicht Tarent. — *id de quo* ist wie sonst *id quod* gebraucht, s. 1, 44, 7; 6, 17, 6, indem *id* nicht nothwendig noch ein besonderes Prädicat neben dem des Relativsatzes verlangt: in Rücksicht darauf, dass man u. s. w. — *unde stab.* = *a qua parte stabat, ei* etc., 25, 15, 13: *inconditam turbam, nec satis fido animo*

dedit. Carthagini nunc Hannibal vineas turresque admovet, Car- 10
thaginis moenia quatit ariete: Sagunti ruinae — falsus utinam
vates sim — nostris capitibus incident, susceptumque cum Sa-
guntinis bellum habendum cum Romanis est. dedemus ergo 11
Hannibalem? dicet aliquis. scio meam levem esse in eo auctori-
tatem propter paternas inimicitias. sed et Hamilcarem eo perisse
laetatus sum, quod, si ille viveret, bellum iam haberemus cum
Romanis, et hunc iuvenem tamquam furiam facemque huius belli
odi ac detestor. nec dedendum solum ad piaculum rupti foede- 12
ris, sed, si nemo deposcit, devehendum in ultimas maris terra-
rumque oras, ablegandum eo, unde nec ad nos nomen famaque
eius accidere neque ille sollicitare quietae civitatis statum possit.
ego ita censeo, legatos extemplo Romam mittendos, qui senatui 13
satisfaciant, alios, qui Hannibali nuntient, ut exercitum ab Sa-
gunto abducat, ipsumque Hannibalem ex foedere Romanis dedant:
tertiam legationem ad res Saguntinis reddendas decerno". Cum **11**
Hanno perorasset, nemini omnium certare oratione cum eo ne-

unde pugnabat stantem. Andere betrachten den Satz als Anacoluth: *id de quo — re diiudicatum est.* Indess ist nur dadurch einige Dunkelheit entstanden, dass im Hauptsatze nicht einfach die Entscheidung der Frage *uter* etc. ausgesprochen *(diiudicavit)*, sondern zugleich die Art derselben in *velut aecus* etc. angedeutet ist.

10—11. *Carthagini* etc. geht auf den Hauptgedanken § 5 zurück. — *dedemus erg.:* du meinst also, man müsse u. s. w., mit dem Ausdruck der Missbilligung. — *eo* gehört zu *laetor.* — *sed* etc. aber das will ich erklären, dass u. s. w. — *iam haber.*, c. 2, 2. — *tamquam* n. *furiam detestari solemus*, s. 2, 2, 3. Durch *et — et — nec* sind die Sätze gleich gestellt, von denen der mittlere den Grund, der erste die Vorbereitung desselben, der letzte eine Steigerung enthält. Das zu *dedendum* etc. nöthige Verbum, etwa *censeo*, ist übergegangen, vielleicht weil es sogleich folgt.

12—13. *ad piac. = ut sit piaculum;* auch darauf bezieht sich, wie der Gegensatz zeigt, *nec — solum.* Ueber *piaculum* s. 6, 21, 7; 9, 10, 4; über *ad* 3, 63, 4: *ad praedam;* 40, 56, 2: *ad poenam;* 32, 38, 3: *ad pignus*, vgl. 9, 40, 14. — *deposcit:* für den Fall, dass u. s. w., doch ist der Indicativ ungewöhnlich gebraucht. — *ultimas*, so dass er nicht weiter entfernt werden kann. — *ablegandum*, steigerndes Asyndeton. — *nec — neque*, 9, 9, 14; übrigens ist der Gegensatz nicht genau, um auch *nomen fam.* zu heben; vgl. Cic. Att. 15, 11, 3: *ubi nec Pelopidarum facta neque famam audiam.* — *quietae* 1, 1, 4. — *statum* s. 1, 42, 2; 34, 61, 6: *nihil actum — exilio Hannibalis, si absens — sollicitando animos hominum turbare statum civitatis posset.* — *ego*, c. 3, 6. — *satisfac.* ihm Genugthuung versprechen und den Staat zu rechtfertigen. — *ex foed. R. d.* wie § 6. Ob die Auslieferung des an der Spitze eines ihm ergebenen Heeres stehenden Feldherrn möglich gewesen sein würde, ist nicht berührt. — *decerno* s. 2, 29, 5.

11. 1. *nemini — necesse f.*, niemand hielt es für nöthig, der Mühe werth; daher der Dativ. Auch hier

cesse fuit: adeo prope omnis senatus Hannibalis erat; infestiusque locutum arguebant Hannonem quam Flaccum Valerium lega-
2 tum Romanum. responsum inde legatis Romanis est bellum ortum ab Saguntinis non ab Hannibale esse: populum Romanum iniuste facere, si Saguntinos vetustissimae Carthaginiensium societati praeponat.

3 Dum Romani tempus terunt legationibus mittendis, Hannibal, quia fessum militem proeliis operibusque habebat, paucorum his dierum quietem dedit stationibus ad custodiam vinearum aliorumque operum dispositis. interim animos eorum nunc ira
4 in hostes stimulando nunc spe praemiorum accendit. ut vero pro contione praedam captae urbis edixit militum fore, adeo accensi omnes sunt, ut si extemplo signum datum esset, nulla vi
5 resisti videretur posse. Saguntini ut a proeliis quietem habuerant, nec lacessentes nec lacessiti per aliquot dies, ita non nocte non die umquam cessaverant ab opere, ut novum murum ab ea
6 parte, qua patefactum oppidum ruinis erat, reficerent. inde oppugnatio eos aliquanto atrocior quam ante adorta est; nec, qua

wird, wie c. 9, 4, ein grosses Uebergewicht der Barcinischen Partei vorausgesetzt; die Ansicht derselben aber in einer Gegenrede nicht ausgesprochen, weil sie aus den bisher berichteten Thatsachen schon genug hervorgeht. — *adeo*, praef. 11. — *arguebant*, weil *senatus* wie § 3 *miles* als Collectivum genommen ist. — *Hannibalis*, 3, 36, 7. — *Flaccum Val.*, s. 1, 56, 11; der volle Name findet sich c. 6, 8.

2. *ortum ab.*, c. 55, 5; 24, 31, 4: *clamor a militibus ortus* — *Saguntinos*, c. 4, 8. — *si* nicht *quod*, weil es noch nicht geschehen ist und als kaum zu glauben bezeichnet werden soll, 9, 43, 14: *flagitium fore si;* 7, 31, 6. Die Antwort ist ironisch, da die letzten beiden Bündnisse mit Rom, s. c. 2, 7, ganz anderer Art waren als die früheren, s. 2, 8, 8: *haec;* 7, 27; 9, 43; Epit. 13. Aehnlich ist die Antwort bei App. 6, 11.

3—4. *fessum* etc. knüpft an c. 9, 1 an. Ueber *habebat* 9, 21, 4; 26, 11, 9: *id* (*templum*) *exornatum habent* u. a. Durch die Hinzufügung von *habere* und die Form des Nebensatzes erhält der Umstand höhere Bedeutung. — *stimulando i. h.* könnte nur als Epexegese zu *ira* mit Fabri genommen werden: *dum stimulat*, 2, 32, 4, vgl. c. 4, 3; 38, 10, 5: *vulgata simulitudine* — *aequiparando;* so dass *animos* zu *stimulando* und zu *accendit* gehörte, und *ira* durch diesen Zusatz eben so wie *spe* durch *praemiorum* bestimmt wäre. Doch ist die Verbindung sehr hart und gesucht, weshalb Gronov. *stimulanda*, H. Sauppe *iram* vermuthet, Ov. Met. 4, 235: *stimulata* — *ira*, bei L. findet sich *iram stimulare* sonst nicht. — *pro cont.* indem er die Versammlung vor sich hat, öffentlich vor dem ganzen Heere, 7, 7, 3; ib. 10, 14; anders *pro tribunali* u. a. — *edixit*, 4, 49, 9.

5—7. *novum ref.*, 9, 10, 6 *rescriptae* — *novae legiones* und viele ähnliche Ausdrücke bei mit *re* zusammengesetzten Verben, vgl. auch 5, 5, 6; 10, 29, 1: *novam de integro instaurare.* — *ab ea p.* auf der Seite, hinter der früheren Mauer, s. § 10. *qua* ist Adverbium. — *oppugnatio*

primum aut potissimum parte ferrent opem, cum omnia variis
clamoribus streperent, satis scire poterant. ipse Hannibal, qua 7
turris mobilis omnia munimenta urbis superans altitudine agebatur, hortator aderat. quae cum admota catapultis ballistisque per
omnia tabulata dispositis muros defensoribus nudasset, tum Han- 8
nibal occasionem ratus quingentos ferme Afros cum dolabris ad
subruendum ab imo murum mittit. nec erat difficile opus, quod
caementa non calce durata erant sed interlita luto structurae antiquae genere. itaque latius quam qua caederetur ruebat, perque 9
patentia ruinis agmina armatorum in urbem vadebant. locum 10
quoque editum capiunt. conlatisque eo catapultis ballistisque, ut
castellum in ipsa urbe velut arcem inminentem haberent, muro
circumdant. et Saguntini murum interiorem ab nondum capta
parte urbis ducunt. utrimque summa vi et muniunt et pugnant: 11
sed interiora tuendo minorem in dies urbem Saguntini faciunt.
simul crescit inopia omnium longa obsidione et minuitur expe- 12
ctatio externae opis, cum tam procul Romani, unica spes, circa
omnia hostium essent. paulisper tamen adfectos animos recrea- 13
vit repentina profectio Hannibalis in Oretanos Carpetanosque,
qui duo populi, dilectus acerbitate consternati, retentis conquisitoribus metum defectionis cum praebuissent, oppressi celeritate

ad. c. 8, 8; 2, 4, 3. — *turris mobil.*, oder *ambulatoria*, weil er auf Rädern fortbewegt wird, Marquardt 3, 2, 477. — *hortator*, 9, 27, 11. — *catapultis ball.*, diese sind nach Plin. 7, 56, 201 eine Erfindung der Syrophöniker, wie der *aries* nach Vitruv. 10, 13 (19) der Carthager. Wie viele Wurfgeschütze dieser Art die Carthager hatten, zeigt 26, 47, 5. — *tabulata*, solcher hatten die Thürme mehrere, auf denen kleinere Geschütze aufgestellt wurden.

8—10. *cum dolabr.* also nicht durch den aries. — *caementa* (*caedimenta*) etc. die Bruchsteine waren nicht durch Kalk fest, zu einer festen Masse verbunden; eine ungewöhnliche Bedeutung von *durare*. — *antiquae*, s. c. 10, 12: *quietae*. — *quam qua*, als wie weit. — *patentia r.*, die Bresche, s. § 5; c. 8, 5; über die Construct. c. 5, 7. — *catapult. b.*, grössere Geschütze zur Vertheidigung des Forts, das sogleich errichtet wird. — *et Sagunt.* in gleicher Weise, in Bezug auf *muro circumdant.*

11—13. *in dies*, die Mauer wäre also zu wiederholten malen zertrümmert und weiter nach dem Innern der Stadt gerückt worden. — *omnium*, s. 1, 53, 1. — *profectio — in* etc., 1, 50, 2; 3, 53, 8, und oft, besonders bei Verbalsubstantiven; 22, 61, 4: *reditus in castra;* 23, 2, 5: *defectio ab Romanis.* — *Oretanos* südlich von den Carpetanern, c. 5, 7; an den Quellen des Baetis, das östliche Granada, ganz Mancha, der westliche Theil von Murcia. — *dilectus ac.*, sie werden als unterworfene Völker gezwungen Soldaten zu stellen, s. c. 21, 13; dass nicht eine Werbung von Freiwilligen zu verstehen sei, zeigt die Absendung von Commissaren, *conquisitores*, welche die Aushebung besorgen. — *consternati*, 7, 42, 3.

12 Hannibalis omiserunt mota arma. Nec Sagunti oppugnatio segnior
erat Maharbale Himilconis filio — eum praefecerat Hannibal —
ita inpigre rem agente, ut ducem abesse nec cives nec hostes
2 sentirent. is et proelia aliquot secunda fecit, et tribus arietibus
aliquantum muri discussit, strataque omnia recentibus ruinis ad-
3 venienti Hannibali ostendit. itaque ad ipsam arcem extemplo
ductus exercitus, atroxque proelium cum multorum utrimque
caede initum, et pars arcis capta est.
4 Temptata deinde per duos est exigua pacis spes, Alconem
Saguntinum et Alorcum Hispanum. Alco insciis Saguntinis, pre-
cibus aliquid moturum ratus, cum ad Hannibalem noctu trans-
isset, postquam nihil lacrimae movebant, condicionesque tristes
ut ab irato victore ferebantur, transfuga ex oratore factus apud
hostem mansit, moriturum adfirmans qui sub condicionibus iis
5 de pace ageret. postulabatur autem, redderent res Turdetanis,
traditoque omni auro atque argento egressi urbe cum singulis
6 vestimentis ibi habitarent ubi Poenus iussisset. has pacis leges
abnuente Alcone accepturos Saguntinos, Alorcus, vinci animos
ubi alia vincantur adfirmans, se pacis eius interpretem fore pol-
licetur. erat autem tum miles Hannibalis, ceterum publice Sa-
7 guntinis amicus atque hospes. tradito palam telo custodibus

12. 1. *Maharbale* wahrscheinlich der auch sonst oft erwähnte General, s. c. 45; 22, 6; 46; 51; 23, 18. — *cives* hier: das carthagische Heer, vgl. c. 5, 5. — *ruinis*, c. 8, 5.

4. *temptata* etc., es wurde versucht Frieden zu stiften, obgleich nur geringe Hoffnung dazu da war, s. 4, 10, 4: *exiguam spem in armis — cum temptassent;* 26, 3, 10: *inde alia spes ab eo temptata est;* 28, 38, 4. — *Hispanum*, weil die Saguntiner Griechen sind. — *aliquid* adverbial, s. 23, 13, 4: *fortuna aliquid variaverit;* 37, 26, 4: *aliquid — inflabat animos*, vgl. Cic. Or. 3, 53, 202: *permultum movet;* ebenso nachher *nihil.* — *moturum* absolut: eine Wirkung hervorbringen, etwas ausrichten, 4, 21, 3; über die Form 1, 37, 6. — *cum — postquam*, 8, 27, 2; über das Imprf. 2, 25, 3. — *ut ab ir. v.* erklärend und beschränkend: wie es — sein kann, c. 7, 7; 4, 17, 8: *ut in rebus trepidis.* — *ferebantur*, 10, 19, 7. — *moriturum*, durch die Saguntiner. — *sub condic.*, 6, 40, 7; Zell Delect. inscr. n. 385: *sub hac condicione.*

5—6. *postulabatur* etc., die Forderungen waren nach dem damaligen Kriegsrechte nicht so hart, und für die Zwecke Hannibals, keinen Feind im Rücken, den Römern keinen Stützpunkt in Spanien zu lassen und Geldmittel zu gewinnen, nothwendig; Pol. 3, 17. — *singulis vest.*, wie bereits überwundene Feinde, 9, 15, 6. — *alia* alles Andere, womit sonst dem Feinde Widerstand geleistet wird, Waffen, Mauern u. s. w. — *interpretem*, wie § 4: *orator*, s. 2, 33, 11. — *publice — hosp.*, im Gegensatze zu *miles;* s. c. 13, 2: *pro vetusto hospitio, quod mihi vobiscum est*, woraus hervorzugehen scheint, dass er für seine Person von dem Staate der Saguntiner (*publice*, s. 1, 39, 3) das Gastrecht erhalten habe, s. 1, 45, 2: ib. 49, 8;

hostium transgressus munimenta ad praetorem Saguntinum —
et ipse ita iubebat — est deductus. quo cum extemplo concursus 8
omnis generis hominum esset factus, submota cetera multitudine
senatus Alorco datus est, cuius talis oratio fuit. „Si civis vester **13**
Alco, sicut ad pacem petendam ad Hannibalem venit, ita pacis
condiciones ab Hannibale ad vos rettulisset, supervacaneum hoc
mihi fuisset iter, quo nec orator Hannibalis nec transfuga ad vos
venissem. cum ille aut vestra aut sua culpa manserit apud ho- 2
stem — sua, si metum simulavit, vestra, si periculum est apud
vos vera referentibus — ego, ne ignoraretis esse aliquas et salu-
tis et pacis vobis condiciones, pro vetusto hospitio, quod mihi
vobiscum est, ad vos veni. vestra autem causa me nec ullius 3
alterius loqui quae loquor apud vos, vel ea fides sit, quod neque
dum vestris viribus restitistis, neque dum auxilia ab Romanis
sperastis pacis umquam apud vos mentionem feci. postquam 4
nec ab Romanis vobis ulla est spes, nec vestra vos iam aut arma
aut moenia satis defendunt, pacem adfero ad vos magis necessa-

5, 28, 4; 37, 54, 5: *cum quo uno — publicum civitati nostrae hospitium est;* Cic. Verr. 4, 65, 145: *ut cum fratre Lucio hospitium publice fieret;* Marq. 3, 1, 7.

7—8. *praetorem* der höchste Magistrat oder Feldherr, er scheint nachher den Senat zu berufen. — *et* und zwar wollte er es selbst so; also nicht mit Gewalt. — *omnis gen.*, Qualitätsgenetiv zu *hominum*, 27, 51, 3: *circumfusi omnis generis hominum frequentia;* 7, 30, 21: *frequentia omnium generis hominum multitudinis.*

13. 1. *quo* n. *itinere*, wie c. 27, 2: *ire iter unius diei.* Der Zusammenhang ist: der Gang wäre vergeblich gewesen, denn ich hätte entweder als — oder als — kommen müssen; aber Beides würde ich nicht gethan haben. Da so der Relativsatz eine Fortsetzung und weitere Ausführung des bedingten ist, konnte sich *venissem* an *fuisset* anschliessen, s. praef. a. E., 21, 40, 2 u. a. In dem Relativsatz liegen zugleich die Gründe, die ihn nicht bestimmt haben; der ihn bestimmende ist *venissem* gegenüber durch *veni* § 2 bezeichnet. Madvig vermuthet für *venissem: veni. sed.*

3—4. *alter.* ist Hannibal, vgl. 22, 14, 4. — *loqui q. l.*, praef. 7: *patiuntur;* Quint. 9, 3, 80: *accedit et ex illa figura gratia, qua nomina dixi mutatis casibus repeti, „non minus cederet, quam cessit".* — *vel* c. 5, 14. — *ea—fides* dafür spricht, das beweist der Umstand, Z. 372; c. 34, 3: *ad fidem;* 10, 34, 14. — *restitistis*, das Perfect bezeichnet, dass der durch *dum* angegebene Zeitraum vorüber ist, Sall. I. 14, 10: *dum fuere;* Cic. Phil. 14, 12, 33: *dum vixistis*, Z. § 507. — *postquam* etc., der Satz schliesst sich in chiastischer Ordnung an den vorhergehenden an. — *ab Rom.*, von Seiten; nach der Gesandtschaft c. 11. — *est spes*, das eigentliche Präsens (das historische ist nicht selten) steht nicht oft bei *postquam*, um einen gegenwärtigen Zustand als Resultat vergangener Zustände zu bezeichnen. Aut. ad Her. 4, 18: *qui cum plures erant paucis exaequari non poterant, hi postquam pauciores sunt, metuimus, ne sint superiores;* Cic. Att. 2, 11, 1: *rele-*

5 riam quam aequam. cuius ita aliqua spes est, si eam, quem ad
modum ut victor fert Hannibal, sic vos ut victi audiatis; et non
id quod amittitur in damno, cum omnia victoris sint, sed quid-
6 quid relinquitur pro munere habituri estis. urbem vobis, quam
ex magna parte dirutam captam fere totam habet, adimit, agros
relinquit, locum adsignaturus in quo novum oppidum aedifice-
tis. aurum et argentum omne, publicum privatumque, ad se iu-
7 bet deferri: corpora vestra coniugum ac liberorum vestrorum
servat inviolata, si inermes cum binis vestimentis velitis ab Sa-
8 gunto exire. haec victor hostis imperat; haec, quamquam sunt
gravia atque acerba, fortuna vestra vobis suadet. equidem haud
despero, cum omnium potestas ei facta sit, aliquid ex his rebus
remissurum: sed vel haec patienda censeo potius quam trucidari
corpora vestra, rapi trahique ante ora vestra coniuges ac liberos
belli iure sinatis".

14 Ad haec audienda cum circumfusa paulatim multitudine permixtum senatui esset populi concilium, repente primores secessione facta, priusquam responsum daretur, argentum aurumque omne ex publico privatoque in forum conlatum in ignem ad id raptim factum conicientes eodem plerique semet ipsi praecipita-

gatus mihi videor, posteaquam in Formiano sum, vgl. c. 30, 5: *nunc postquam — cernant.*

5—7. *audiatis* deutet den Wunsch des Redenden, *habituri estis* den Willen des Angeredeten an. — *in damno — pro mun.* über den Wechsel der Präpos. s. 10, 39, 7; die erste Verbindung ist nicht häufig; Sall. I. 103: *omnia in benignitate habentur;* Cic. Cat. mai. 19, 71: *omnia sunt habenda in bonis,* vgl. praef. 8: *in magno ponam discrimine.* — *ex magna p.* wie c. 56, 8; 37, 24, 5 u. a.; gewöhnlicher ist *magna e. p.:* grossen Theils. — *dirutam — habet,* s. c. 11, 3, doch bezeichnet a. u. St. *habere* zugleich, dass H. sie in Besitz hat. — *adimit* statt des Beschlusses, c. 44, 7. — *corpora* Personen. — *coniugum ac lib.* zusammen bilden ein zweites, *vestra* gegenüberstehendes Glied: ihr und euere Familien. — *inviolata* proleptisch: sie sollen nicht getödtet oder als Sclaven verkauft werden. — *binis* ist wahrscheinlich ein Fehler der Abschreiber, da Alorcus keine Vollmacht hat etwas nachzulassen, s. § 8. — *ab Sag. ex.* 10, 37, 6.

8. *omnium,* c. 11, 12. — *facta sit* praef. 1. *perscripserim,* der Sinn ist: *si omnia dederitis,* vgl. 7, 31, 4. — *corpora* um die § 7 gebrauchten Ausdrücke einander wieder entgegen zu stellen, Z. § 678. — *rapi tr.* herumgerissen, gemisshandelt werden. — *belli i.,* 2, 12, 14; 26, 31, 2 f. — *sinatis,* 2, 15, 2.

14. 1. *circumfusa,* 10, 25, 5. — *senatui — concil.,* beide verhandeln sonst immer streng getrennt, über *concil.* s. 2, 7, 7; 6, 20, 11. — *secession. f.,* hier nur stärker als *secesserunt,* sich absondern, vgl. 3, 51, 7. — *ex publ.* 2, 5, 1; ib. 16, 4 u. a. App. 6, 12: τὸν μὲν χρυσὸν καὶ ἄργυρον, ὅσος ἦν δημόσιός τε καὶ ἰδιωτικός, dasselbe will wol L. sagen, obgleich der Ausdruck sich zunächst auf den Ort be-

verunt. cum ex eo pavor ac trepidatio totam urbem pervasisset, 2
alius insuper tumultus ex arce auditur. turris diu quassata prociderat, perque ruinam eius cohors Poenorum impetu facto cum signum imperatori dedisset nudatam stationibus custodiisque solitis hostium esse urbem, non cunctandum in tali occasione ratus 3
Hannibal totis viribus adgressus urbem momento cepit, signo dato, ut omnes puberes interficerentur. quod imperium crudele, ceterum prope necessarium cognitum ipso eventu est: cui enim 4
parci potuit ex his, qui aut inclusi cum coniugibus ac liberis domos super se ipsos concremaverunt, aut armati nullum ante finem pugnae quam morientes fecerunt. Captum oppidum est 15
cum ingenti praeda. quamquam pleraque ab dominis de industria corrupta erant, et in caedibus vix ullum discrimen aetatis ira fecerat, et captivi militum praeda fuerant, tamen et ex pretio 2

zieht. — *plerique* Apposition zu *primores*. — *ipsi*, 2, 9, 5, Z. § 696. Zur Sache s. Zonar. 8, 21.

2. *per ruinam* hier anders als c. 8, 6. Trümmer, Bresche; doch ist der Singular in dieser Bedeutung selten. — *impetu facto* ist zu einer Nebenbestimmung von *cum — dedisset* gemacht um *Hannibal—cepit* vorzubereiten, und alle auf die Einnahme der Burg bezüglichen Umstände zusammen zu fassen. — *signum ded.*, hatte melden lassen, denn sie sind innerhalb der Mauer und sehen, dass hier Alles leer ist.

3. *in tali oc.*, wie *in tali tempore*, Z. § 475. — *urbem* gehört zu *adgressus* und *cepit*. — *momento* ohne *temporis, horae*, welches oft hinzutritt, hat L. nicht selten, s. Fabri. — *signo d.*, als besonders zu beachtender Umstand an das Ende gestellt, bildet zugleich den Uebergang zum Folg. Ueber das Particip. c. 5, 4; über die Bedeutung 5, 36, 7; 6, 13, 4. — *crudele* dazu passt nicht *cognitum est*, woraus etwa *fuit* zu nehmen ist. L. scheint eine andere Wendung beabsichtigt zu haben: *crudele, sed ut cognitum est, necessarium fuit*, vgl. 33, 16, 6: *rem temerariam, sed eventu prosperam —fecerunt*. Die Römer verfahren zwar auch so, aber mit einzelnen Ausnahmen, wie 9, 31, 3, in der Hitze des Kampfes, ohne Befehl der Anführer, 9, 14, 12; ib. 25, 9; 42, 63, 10 u. a. — *ceterum* steht bei den Historikern oft auch nach Einräumungen.

4. *cui enim* etc., als ob alle niedergehauen wären; obgleich schon 24, 42; 28, 39 die Saguntiner wieder auftreten. — *inclusi — armati* bilden keinen genauen Gegensatz; bei *inclusi* ist zu denken, dass sie unbewaffnet, bei *armati*, dass sie nicht zu Hause, auf der Mauer waren. — *super se* „die Häuser über ihren Köpfen" Fabri; Quint. 2, 16, 6: *tecta — super habitantes aliquando procumbunt;* Tac. H. 3, 46: *incensa super villa omnes cremavit.* — *nullum ante — quam* ist wegen *morientes* fast wie *nullum — nisi* zu nehmen. Noch tragischer schildern Appian und Zonar. den Untergang der Stadt.

15. 1. *vix ull.*, es waren auch viele *inpuberes* niedergehauen, also die Zahl der Gefangenen nicht so gross. — *milit. pr.*, die Römer verkaufen sie gewöhnlich für den Staat, s. 4, 34, 4; 5, 22, 1; 7, 27 8 u. a. — *fuerant* im Plural Z. § 369, wie immer, wenn *esse* bedeutet „ausmachen". — *et ex pret.* L. stimmt hier wieder überein mit Polyb. 3, 17:

rerum venditarum aliquantum pecuniae redactum esse constat, et multam pretiosam supellectilem vestemque missam Carthaginem.
3 Octavo mense, quam coeptum oppugnari, captum Saguntum quidam scripsere; inde Carthaginem novam in hiberna Hannibalem concessisse; quinto deinde mense, quam ab Carthagine
4 profectus sit, in Italiam pervenisse. quae si ita sunt, fieri non potuit, ut P. Cornelius Tib. Sempronius consules fuerint, ad quos et principio oppugnationis legati Saguntini missi sint, et qui in suo magistratu cum Hannibale, alter ad Ticinum amnem,
5 ambo aliquanto post ad Trebiam pugnaverint. aut omnia breviora aliquanto fuere, aut Saguntum principio anni, quo P. Cornelius Tib. Sempronius consules fuerunt, non coeptum oppu-
6 gnari est sed captum. nam excessisse pugna ad Trebiam in annum Cn. Servili et C. Flamini non potest, quia C. Flaminius Arimini consulatum iniit, creatus a Tib. Sempronio consule, qui post

τὰ μὲν χρήματα εἰς τὰς ἰδίας ἐπιβολὰς παρέθετο etc. — *vestemq.* collectiv, und auch mit *pretiosam* zu verbinden, s. 26, 21, 8: *alia supellex pretiosaque vestis*, nicht allein Kleider, sondern auch kostbare Decken, Teppiche u. s. w. *vestis stragula*, 39, 6, 7 u. a. — *Carthaginem*, durch die Annahme der Beute wurde die Verbindung mit Rom abgeschnitten.

3—6. Eine Anmerkung, wie c. 38; 4, 20, 5 ff. — *octavo m. q.* Z. § 477. — *quidam*, so auch Polyb. 3, 17, doch ist wol nicht anzunehmen, dass L. gerade diesen habe widerlegen wollen, er kann auch die Annalisten, denen derselbe gefolgt ist, im Auge gehabt haben. — *in hiberna*, Polyb. 3, 33; 4, 66. — *quinto*, Pol. 3, 56. — *si i. s.*, in diesem Falle. — *fieri n. p.* — *ut fuerint* nicht *essent*, weil es nicht heissen soll: *esse non potuerunt*, sondern *fuisse non possunt*, sonst folgt auf *fit ut* u. ä. Begriffe selten das Perfect., s. Quint. 8 prooem. 3: *accidisse — ut perierit;* Cic. S. Rosc. 44, 127; Tac. H. 3, 77; Reisig Vorles. S. 548 f. *quos et — et qui* 2, 27, 2; 44, 26, 14: *quibus et uti ad bellum possent, et quorum multitudinem ipsi non timeant;* Cic. Sest. 46, 99; u. a. — *principio*, c. 6. — *alter* 9, 40, 21; 5, 11, 6 vgl. 1, 7, 5.

5—6. *aut — aut*, praef. 11. — *omnia*, das § 3 Erwähnte, *breviora*, also kürzer als 13 Monate. — *nam*, denn wäre die Belagerung erst unter den genannten Consuln begonnen worden, und hätte 8 Monate, der Zug H.'s nach Italien noch 5 Monate gedauert, so würde die Schlacht an der Trebia in das nächste Jahr gesetzt werden müssen, was nicht geschehen kann. — *excessisse*, s. 30, 26, 1: *insequentia excedunt in eum annum qui* etc. über den Infinitiv 37, 19, 5: *possumus — profecisse*, 2, 24, 5. — *quia* etc., so dass die Consuln des vorhergehenden Jahres nach dem Amtsantritte der neuen sogleich das Commando abgeben mussten, nichts mehr gegen den Feind unternehmen konnten. — *creatus*, 2, 2, 11; 3, 21, 6. — Die chronologischen Schwierigkeiten, welche durch die Annahme § 5 nicht gehoben werden, sind dadurch entstanden, dass L. Alles, was H. in mehreren Jahren ausgeführt, kurz zusammengefasst und nicht beachtet hat, dass es bis zum Aufbruch nach Italien mit den schon

pugnam ad Trebiam ad creandos consules Romam cum venisset,
comitiis perfectis ad exercitum in hiberna rediit.
Sub idem fere tempus et legati, qui redierant ab Carthagine, 16
Romam rettulerunt omnia hostilia esse, et Sagunti excidium nun-
tiatum est, tantusque simul maeror patres misericordiaque socio- 2
rum peremptorum indigne et pudor non lati auxilii et ira in Car-
thaginienses metusque de summa rerum cepit, velut si iam ad
portas hostis esset, ut tot uno tempore motibus animi turbati
trepidarent magis quam consulerent. nam neque hostem acrio- 3
rem bellicosioremque secum congressum, nec rem Romanam
tam desidem umquam fuisse atque inbellem. Sardos Corsosque 4
et Histros atque Illyrios lacessisse magis quam exercuisse Romana
arma, et cum Gallis tumultuatum verius quam belligeratum. Poe- 5

im 20. Buche von ihm erzählten Ereignissen gleichzeitig war. Nach Polyb. 3, 13 wird Hannibal 533 a. u. (531 bei L., da er der Catonischen Aera folgt) gewählt und zieht gegen die Olcaden, L. 21, 5, 4; 534 gegen die Vaccäer, c. 5, 5; 535 unter dem Consulate des M. Livius Salinator u. L. Aemilius Paulus gegen Sagunt, Polyb. 3, 17; 4, 28; den Winter über ist er in Neucarthago, s. 3, 33; 4, 66; im folg. Jahre 536 (L. 534) bricht er *ἀρχομένης τῆς θερείας*, s. c. 22, 5, von Carthago nach Italien auf, Polyb. 5, 1, nachdem er *ὑπὸ τὴν ἐαρινὴν ὥραν* 3, 34, seine Truppen gesammelt hat. Also konnte die von L. c. 6 erwähnte Gesandtschaft nur in dem Consulate des Livius und Aemilius, die damals in Illyrien Krieg führten, nach Rom kommen, Hannibal selbst erst unter den Consuln P. Cornelius Scipio u. Tib. Sempronius Longus in Italien erscheinen, was auch 30, 44, 2; 33, 24, 9; 34, 42, 2 erwähnt wird.

16—17. Vorbereitungen zum Kriege mit Rom, Polyb. 3, 20; 33; 40 f.

1—2. *qui redier.*, wenn die Gesandten erst jetzt zurückkommen, müssen sie ziemlich lange in Carthago verweilt haben, da die Belagerung noch geraume Zeit dauert und Hannibal noch einen Feldzug gegen die Carpetaner und Oretaner unternimmt. — *omnia host.*, in Folge der Antwort c. 11, 2. — *uno temp.* nach *simul* um schärfer hervorzuheben, dass alle die genannten Gemüthsbewegungen auf einmal eintraten. — *metus de*, 8, 27, 11. — *summa rer.*, die Existenz des Staates. — *consulerent* mehr in Unruhe und Verwirrung waren, als sich berathen konnten, 1, 32, 10; Becker 2, 2, 423. Von Verhandlungen, ob jetzt der Krieg zu beginnen sei, s. c. 6, 5, ist nicht die Rede, Polyb. 3, 20.

3. *nam* etc. eine in der Form der orat. obl., welche das Ueberlegen schon einschliesst, s. 3, 19, 4, gegebene Begründung der Furcht, als des für die Römer wichtigsten Momentes. — *acriorem*, c. 1, 2. — *tam desid.*, 1, 32, 3; 3, 7, 3 u. a. Die Behauptung selbst ist übertrieben, und stimmt nicht zu c. 1, 2: *neque his* etc. *Sardos* etc., es werden mit Ausnahme der ligurischen alle Kriege, die zwischen dem ersten und zweiten punischen Kriege geführt sind, aufgezählt, s. Mommsen 373 ff. — *tumult.* als impersonal. im Pass. 6, 30, 8 u. a. Das Wort ist wol gebraucht, weil die Kriege mit den Galliern *tumultus* genannt werden, s. 7, 9, 6. Die Wichtigkeit des Krieges zeigt Epit. 20; Polyb. 2, 23 ff. — *cum* ist durch *belligeratum* ver-

num hostem veteranum, trium et viginti annorum militia durissima inter Hispanas gentes semper victorem, duci acerrimo adsuetum, recentem ab excidio opulentissimae urbis Hiberum trans-
6 ire; trahere secum tot excitos Hispanorum populos, conciturum avidas semper armorum Gallicas gentes. cum orbe terrarum bellum gerendum in Italia ac pro moenibus Romanis esse.

17 Nominatae iam antea consulibus provinciae erant, tum sortiri iussi. Cornelio Hispania, Sempronio Africa cum Sicilia evenit.
2 sex in eum annum decretae legiones et socium quantum ipsis
3 videretur, et classis quanta parari posset. quattuor et viginti peditum Romanorum milia scripta et mille octingenti equites, sociorum quadraginta milia peditum quattuor milia et quadringenti equites; naves ducentae viginti quinqueremes, celoces viginti de-
4 ducti. latum inde ad populum, vellent iuberent populo Carthaginiensi bellum indici. eiusque belli causa supplicatio per urbem habita atque adorati dii, ut bene ac feliciter eveniret quod bellum
5 populus Romanus iussisset. inter consules ita copiae divisae.

anlasst, und konnte um so leichter eintreten, als auch in *tumultuare* der Begriff *bellum gerere* liegt. — *verius*, 1, 56, 9.

5—6. *veteranum*, c. 4, 2. — *trium e. v. a.*, vom Ende des ersten bis zum Anfange des zweiten punischen Krieges 513—536 (L. 511—534), der Krieg in Spanien selbst hat nicht so lange gedauert, s. c. 2, 1. — *recentem ab*, deutet den Begriff der unmittelbaren Folge an, s. 22, 40, 4 u. a. — *trahere sec.* 9, 17, 16. — *excitos* der Gegensatz zu *conciturum*. — *in Ital.* —, L. setzt hier u. c. 17, 6 voraus, dass die Römer den Plan H's, sie in Italien anzugreifen, gekannt haben, was nach den Massregeln, die sie ergreifen, nicht wahrscheinlich ist, App. 6, 4; Mommsen S. 396f.

17. 1—2. *nominatae*, die Bestimmung der Länder, wo Krieg geführt werden soll (*nominare, decernere provincias*), erfolgte oft vor, die Verlosung derselben gewöhnlich nach der Wahl, s. Becker 2, 2, 120; — *Hisp. Afr.*, s. c. 6, 6; Polyb. 3, 15, 13; ib. 41, um so besonders Hannibal zu beschäftigen. — *sex leg.*, es wird nicht leicht eine grössere Zahl ausgehoben. — *ipsis* n. *consulibus*, was bei *decretae* zu denken ist: sonst wird die Zahl der Bundesgenossen von dem Senate bestimmt. — *parari* mit dem Nöthigen versehen; denn die Flotte selbst war vorhanden, und im Jahr vorher in Illyrien thätig gewesen.

3—4. *quadrag.*, die Zahl der Bundestruppen ist, wenigstens in Rücksicht auf die Reiterei, in der Regel grösser, als die der Römer, Marq. 3, 2, 299. — *celoces* braucht L. als mascul., s. 37, 27, 4: *piraticos celoces*, Andere als feminin. s. Plaut. Capt. 4, 2, 94 u. a. Es sind kleine Schnellsegler, Gell. 10, 25: *celoces, vel, ut Graeci dicunt, χέλητες.* — *deducti*, vom Stapel, in See gelassen. Polyb. 3, 41 giebt die Zahl der Truppen und Schiffe nicht so genau an.

4—5. *vellent iub.* 1, 46, 1. — *eiusque* und so, n. nachdem die Genehmigung erfolgt war, s. c. 58, 9, was aus dem Folg. hervorgeht. — *supplicatio*, c. 62, 9. — *atque ad. d.* erklärend, 1, 28, 9. — *eveniret*, wenn man nicht den ganzen Satz

Sempronio datae legiones duae — ea quaterna milia erant peditum et treceni equites — et sociorum sedecim milia peditum, equites mille octingenti, naves longae centum sexaginta, celoces duodecim. cum his terrestribus maritimisque copiis Tib. Sem- 6
pronius missus in Siciliam, ita in Africam transmissurus, si ad arcendum Italia Poenum consul alter satis esset. Cornelio minus 7
copiarum datum, quia L. Manlius praetor et ipse cum haud invalido praesidio in Galliam mittebatur. navium maxime Cornelio 8
numerus deminutus: sexaginta quinqueremes datae — neque enim mari venturum aut ea parte belli dimicaturum hostem credebant — et duae Romanae legiones cum suo iusto equitatu et quattuordecim milibus sociorum peditum, equitibus mille sexcentis. duas legiones Romanas et decem milia sociorum pedi- 9
tum, mille equites socios, sexcentos Romanos Gallia provincia eodem versa in Punicum bellum habuit.

quod — iussisset als Subject betrachten will, ist anzunehmen, dass das Subject des Hauptsatzes in den Nebensatz gezogen sei, s. Ov. Met. 14, 350: *cecidere sinu quas legerat herbas*, vergl. 42, 28, 7: *ut quod bellum p. R. in animo haberet, ut id prosperum eveniret*. — *quaterna*, dasselbe gilt nach § 3 auch von den übrigen 4 Legionen, s. 8, 8, 14; Marq. 3, 2, 248. — *ea* geht dem Sinne nach auf *legiones*, hat sich aber nach einer mehrfach vorkommenden Attraction an *milia* angeschlossen, 33, 1, 2: *ea duo milia militum erant;* ib. 4, 4: *decem et sex milia militum haec fuere;* Z. § 372. — *treceni*, s. 22, 36, 3. L. scheint sie hier zu der Legion zu rechnen, der sie jedoch nur beigegeben waren, s. § 3; 9; Marq. l. l. 258. — *naves l.*, Kriegsschiffe, nach § 3 *quinqueremes*, deren man sich damals besonders bediente, Mommsen 340; Marq. 398.

6. *transmissur.*, mit der Aufgabe, Bestimmung. — *ad arcend.*, obgleich Scipio nach Spanien geschickt wird, ist doch nach L. seine Aufgabe zunächst die Vertheidigung Italiens. Dass die Landung des Sempronius in Africa von dem Gelingen dieses Unternehmens gleich Anfangs abhängig gemacht worden sei, ist nach Polyb. 3, 41, 3; App. l. l. 14 zu bezweifeln.

7—8. *Manlius, Vulso.* — *et ipse*, weil wenigstens im Ganzen die Richtung eine gleiche war wie die des Scipio, entgegengesetzt der des Sempronius. Die Erklärung folgt § 9. Aber schwerlich dachte der Senat daran, dass dieses Heer gegen Hannibal würde gebraucht werden müssen, denn dann würde es stärker gewesen und bis an die Alpen vorgedrungen sein um die Pässe zu besetzen; vergl. c. 26, 3. — *ea parte;* in Verbindung mit *belli, virium* u. a. ist *pars* nach dem Zusammenhange zu erklären, hier ist es: Seekrieg, wie c. 22, 4; dagegen c. 53, 1: *ea parte virium* Reiterei, s. c. 54, 6; 41, 4; 22, 19, 3: *quacumque p.* zur See und zu Lande. — *iusto* setzt eine feststehende Zahl voraus, s. § 5. — *sociorum* wechselt mit dem häufigen *socium* § 2.

9. *Romanas*, wie vorher nur Gegensatz zu *socii*, sonst gab es auch campanische Legionen im röm. Heere. — *Gallia*, das kurz vorher eroberte Land zwischen dem Po und den Alpen, s. Mommsen S. 377. Der

18 His ita conparatis, ut omnia iusta ante bellum fierent, legatos maiores natu, Q. Fabium M. Livium L. Aemilium C. Licinium Q. Baebium, in Africam mittunt ad percunctandos Carthaginien-
2 ses, publicone consilio Hannibal Saguntum oppugnasset, et si, id quod facturi videbantur, faterentur ac defenderent publico con-
3 silio factum, ut indicerent populo Carthaginiensi bellum. Romani postquam Carthaginem venerunt, cum senatus datus esset et Q. Fabius nihil ultra quam unum quod mandatum erat percunctatus
4 esset, tum ex Carthaginiensibus unus: praeceps vestra, Romani, et prior legatio fuit, cum Hannibalem tamquam suo consilio Saguntum oppugnantem deposcebatis: ceterum haec legatio verbis

ganze Zusatz ist Erklärung von § 7: *cum haud* etc. Aber *eodem versa* etc. ist nicht deutlich; *in Punic. bellum* müsste als Epexegese von *eodem* betrachtet werden, wie c. 63, 2, *hic in provincia;* 3, 8, 11: *eodem in stativa;* 23, 34, 2: *eodem ad Iunonis;* 37, 19, 8: *eodem Adramytteum* u. Cic. Verr. 3, 6, 14: *ibidem in Sicilia* u. a.; *versa* Prädicat, nicht von *Gallia*, welches für die Punier Partei nahm, sondern von *milia* sein, oder von dem allgemeinen Begriff Truppen = *quae versa sunt*, s. c. 39, 1. Allein dieses ist hart, da man *versos* und eine Andeutung dass später die Bestimmung dieser Truppen geändert worden sei, etwa in Parenthese *et ea deinde versa*, erwartet. Genauer werden von Polyb. 3, 40 die Verhältnisse in Gallien dargestellt.

18—20. Kriegserklärung; die römischen Gesandten in Spanien und Gallien; Polyb. 3, 20; 33. App. 6, 3. Zon. 8, 22; Flor. 2, 6; Sil. It. 2, 383.

47 Clamore sublato procursum ab auxiliis et pugna levibus primum armis commissa; deinde equitum Gallorum Hispanorumque laevom cornu cum dextro Romano concurrit, minime equestris 2 more pugnae: frontibus enim adversis concurrendum erat, quia nullo circa ad evagandum relicto spatio hinc amnis hinc peditum 3 acies claudebant. in derectum utrimque nitentes stantibus ac confertis postremo turba equis, vir virum amplexus detrahebat equo. pedestre magna iam ex parte certamen factum erat: acrius tamen quam diutius pugnatum est; pulsique Romani equites terga 4 vertunt. sub equestris finem certaminis coorta est peditum pugna primo et viribus et animis par, dum constabant ordines Gallis 5 Hispanisque: tandem Romani, diu ac saepe conisi, aequa fronte

Vertheilung der Epitheta ist zu beachten. — *Maharbal;* App. 7, 20: *τὸν ἀδελφιδοῦν Ἄννωνα*, den auch Polyb. nennt. — *cum fr. M.*, weil hier schwierige Manoeuvres auszuführen waren, s. Frontin. 2, 3, 7: *hoc enim* (wie bei Cannae) *genus ordinationis exequi nisi peritus et ad omne momentum respondens miles non potest.* — *locatis* n. *iis* wird am einfachsten als Dativ genommen, und wie *utrique parti* von *obliquus erat* abhängig gedacht; Andere betrachten es als Ablativ, s. 21, 57, 3; 4, 60, 1. — *Volturn.* etc. ist so gesagt, als ob es nicht schon c. 43, 10 erwähnt wäre. Der Sirocco weht in Apulien besonders heftig im Mai u. Juni. Appian und Zonar. legen dem Umstande grosse Bedeutung bei; Polyb. übergeht denselben. Eben so scheinen L. und Polyb. die Nachricht bei Zonaras, dass H. den dürren Boden vorher habe aufackern lassen, damit die Römer um so mehr vom Staube zu leiden hätten, für nicht beglaubigt gehalten und deshalb nicht erwähnt zu haben. Ueber das Terrain s. § 1. Nieb. Vorles. 2, 102.

47. 1—3. *minime eq. m. p.*, Polyb. c. 115, 3: *οὐ γὰρ ἦν κατὰ νόμους ἐξ ἀναστροφῆς καὶ μεταβολῆς ὁ κίνδυνος*, 21, 52, 11. — *ad evag.* um Schwenkungen nach beiden Seiten zu machen. — *claudeb.*, 21, 43, 4. — *in der* etc. erklärendes Asyndeton: so drängten sie von beiden Seiten immer vorwärts, so dass zuletzt, wenn die Pferde nicht weiter konnten, die Reiter sich umfassten. — *nitentes,* wozu *vir virum* Appos. ist, s. 9, 23, 3, deutet an, dass das Drängen auch als die Pferde bereits an einander gekommen sind bei dem Nachrücken der weiter zurückstehenden immer noch fortdauert.

4—5. *primo*, Polyb. *ἐπὶ βραχὺ — διεμάχοντο Ῥωμαίοις γενναίως.* — *par*, 8, 38, 8: *instruunt contra et hostes, et animis et viribus pares;* 21, 55, 8: *pedestris pugna par — erat.* — *par dum,* eine Verbesserung Madvigs st. *parum.* — *aequa fr.* indem sie in gleicher Front

acieque densa inpulere hostium cuneum nimis tenuem, eoque parum validum, a cetera prominentem acie. inpulsis deinde ac 6
trepide referentibus pedem insistere, ac tenore uno per praeceps pavore fugientium agmen in mediam primum aciem inlati postremo nullo resistente ad subsidia Afrorum pervenerunt, qui 7
utrimque reductis alis constiterant, media, qua Galli Hispanique steterant, aliquantum prominente acie. qui cuneus ut pulsus 8
aequavit frontem primum, dein cedendo etiam sinum in medio dedit, Afri circa iam cornua fecerant, inruentibusque incaute in medium Romanis circumdedere alas; mox cornua extendendo clausere et ab tergo hostis. hinc Romani defuncti nequiquam 9
proelio uno, omissis Gallis Hispanisque, quorum terga ceciderant, et adversus Afros integram pugnam ineunt, non tantum eo ini- 10

gegen den *cuneus* anrückten. Der Nachdruck liegt auf *densa* = *confertis ordinibus;* Marq. 3, 2, 206; wodurch L. nur dunkel andeutet, dass die römische Linie tiefer als gewöhnlich gestanden habe, Polyb. c. 113, 3. — *cuneum* Pol. 113, 8: *τὰ μέσα τῶν Ἰβήρων καὶ Κελτῶν τάγματα προῆγε — μηνοειδὲς ποιῶν τὸ κύρτωμα;* Marq. a. a. O. 333.

6—7. *insistere — pervenerunt*, s. 5, 39, 1; ib. 20, 1; 4, 20, 2. u. 3 u. a. — *in med. ac.*, weniger klar als § 8: *aequavit frontem*, kann nur bedeuten, dass die Römer auf den Keil eindringen und ihn bis auf gleiche Linie mit den Afrikanern zurückdrängen. — *subsidia*, hier nicht Reserve, sondern durch *qui — constiterant* erklärt, die welche auf beiden Seiten der media acies weiter zurück auf den Flanken standen, Front. l. l.: *Hannibal reductis cornibus productaque media acie nostros — protrusit.* — *alis* wie bei den Römern die Bundesgenossen die ala dextra und sinistra zu bilden pflegen. — *steterant*, die Stellung ist bereits aufgegeben; anders *constiterant*.

8. *qui cuneus* wiederholt nach der § 7 nachträglich hinzugefügten Bemerkung das schon § 6 Gesagte. — *sinum ded.*, s. 4, 28, 1; ib. 30, 8; Verg. 12, 575: *dant cuneum.* — *cornua fec.*, sie hatten sich so geschwenkt, dass sie auf beiden Seiten des sinus Flügel bildeten, ihn halbmondförmig verlängerten; anders c. 46, 3. Wahrscheinlich will L. dasselbe sagen wie Polyb. c. 115, 9: *ὧν (Λιβύων) οἱ μὲν ἀπὸ τοῦ δεξιοῦ κέρατος κλίναντες ἐπ' ἀσπίδα* (Schwenkung nach rechts) — *οἱ δ' ἀπὸ τῶν εὐωνύμων ἐπὶ δόρατος* (Schwenkung nach links) *ποιούμενοι τὴν κλίσιν* etc., während dem Folg. *μέσους ἀπολειφθῆναι τοὺς Ῥωμαίους ὑπὸ τῶν Λιβύων* *circumdedere alas* entspricht, vrgl. Frontin.: *procedentibus ad praeceptum cornibus.* — *Romanis*, diese müssen also mit allen drei Schlachtreihen, den hastati, principes und triarii, zugleich vorgerückt sein, s. 9, 27, 9. L. hat nicht erwähnt, dass sie sich von den Seiten nach der Mitte gedrängt und so in der Form eines cuneus in die durch das Zurückweichen der Gallier entstandene Vertiefung eingeschoben haben; Polyb. c. 115, 7. — *cornua*, die äussersten Glieder der alae. — *ab tergo* ist wol von L. hinzugefügt, da so kein Raum für den Reiterangriff c. 48, 6 bleibt; auch Front. l. l. sagt nur: *ex utraque parte compressum cecidit.*

9—10. *et ad. A. in.*, da *et* nur

quam quod inclusi adversus circumfusos, sed etiam quod fessi
48 cum recentibus ac vegetis pugnabant. Iam et sinistro cornu Ro-
manis, ubi sociorum equites adversus Numidas steterant, conser-
tum proelium erat, segne primo et a Punica coeptum fraude.
2 quingenti ferme Numidae, praeter solita arma telaque gladios oc-
cultos sub loricis habentes, specie transfugarum cum ab suis
3 parmas post terga habentes adequitassent, repente ex equis desi-
liunt, parmisque et iaculis ante pedes hostium proiectis in me-
diam aciem accepti ductique ad ultimos considere ab tergo iuben-
tur. ac dum proelium ab omni parte conseritur, quieti manserunt:
4 postquam omnium animos oculosque occupaverat certamen, tum
arreptis scutis, quae passim inter acervos caesorum corporum
strata erant, aversam adoriuntur Romanam aciem, tergaque fe-
rientes ac poplites caedentes stragem ingentem ac maiorem ali-
5 quanto pavorem ac tumultum fecerunt. cum alibi terror ac fuga,
alibi pertinax in mala iam spe proelium esset, Hasdrubal *, qui
ea parte praeerat, subductos ex media acie Numidas, quia segnis

auch bedeuten kann, sollte man *integram* nicht erwarten, welches wol nur hinzugefügt ist um zu bezeichnen, dass dieser Kampf ein ganz neuer, gegen ihn der frühere ohne Bedeutung gewesen sei, *et* aber, dass dieses nicht habe erwartet werden können; Crev. vermuthet *iam adversus*. — *inclusi* etc. genauer Polyb. *οὐκέτι φαλαγγηδὸν ἀλλὰ κατ᾽ ἄνδρα καὶ κατὰ σπείρας στρεφόμενοι πρὸς τοὺς ἐκ τῶν πλαγίων προσπεπτωκότας ἐποιοῦντο τὴν μάχην.*

48. 2—4. *quing. f. N.*, die List wird von Pol. nicht erwähnt, von App. ihr grosse Bedeutung beigelegt. — *praet. sol.* ist nicht sicher, da die Handschrr. *praeterita* haben; auch müssten die Numider anders als sonst angegeben wird, s. 35, 11, 7: *discinctus et inermis eques, praeterquam quod iacula portat*, vergl. 23, 29, 5, bewaffnet gewesen sein. — *habentes* — *hab.*, c. 44, 1: *Poenum.* — *in med. ac.*, das wirkliche Mitteltreffen, da sie nachher, wie *terga* etc. zeigt, das Fussvolk anfallen. — *considere*, 8, 8, 10. — *dum*, die List muss im Anfange der Schlacht ausgeführt gedacht werden. — *inter acervos* etc., vgl. Tac. H. 3, 23: *arreptis e strage scutis.* In der ältesten Handsch. steht *corporumi;* da *i* in derselben oft ohne Grund zugesetzt wird, ist es nicht nöthig *umi (humi)* hinzuzufügen, da dieses neben *acervos caes. corp.* überflüssig ist, s. 36, 8, 5: *ossibus, quae passim strata erant;* anders ist 26, 41, 13: *haec omnia strata humi erexit.* — *ac* — *ac*, 5, 2, 4.

5—6. *terror a. f.*, auf dem rechten Flügel der Römer. — *pertinax* im Mitteltreffen. — *in mal. sp.*, während man nichts Gutes mehr erwartete, s. 1, 17, 3. — *ea parte* kann sich nur auf den rechten Flügel der Punier beziehen, wo aber Hasdrubal nach c. 46, 7 nicht befehligte. Da L. schwerlich dem Leser zugemuthet hat, zu ergänzen, dass Hasdr., wie Pol. c. 116, 6 erzählt, nachdem er auf dem linken Flügel gesiegt, sich zu Numidern begeben, auch hier die feindliche Reiterei zum Weichen gebracht und dann die Numider zur Verfolgung abgesendet habe, so ist wol anzunehmen dass ein Satz, welcher diese Bewegungen anzeigte, vielleicht weil derselbe mit

eorum cum adversis pugna erat, ad persequendos passim fugientes mittit, Hispanos et Gallos equites Afris iam prope fessis caede 6
magis quam pugna adiungit.

Parte altera pugnae Paulus, quamquam primo statim proelio 49
funda graviter ictus fuerat, tamen et concurrit saepe cum confer- 2
tis Hannibali et aliquot locis proelium restituit, protegentibus eum 3
equitibus Romanis, omissis postremo equis, quia consulem et ad regendum equom vires deficiebant. tum denuntianti cuidam, iussisse consulem ad pedes descendere equites, dixisse Hannibalem ferunt „quam mallem, vinctos mihi traderet". equitum pede- 4

Maharbal oder *cum Maharbale* schloss, ausgefallen sei. Auch im Folg. ist *media* wahrscheinlich verdorben, da es auf das Mitteltreffen nicht bezogen werden kann, weil die Numider auf dem rechten Flügel standen, und die Mitte des rechten Flügels selbst schwerlich gemeint ist. — *segnis* etc., L. scheint anzunehmen, dass die Numider gegen die ihnen entgegenstehende Reiterei der Bundesgenossen nichts haben ausrichten können, und desshalb zur Verfolgung der bereits auf anderen Seiten Fliehenden abgeschickt seien; dass Hannibal sie nur dem stärkeren Theile der röm. Reiterei entgegengestellt habe, um diesen zu beschäftigen, s. Polyb. c. 116, 5, und die Verfolgung erst eintreten kann, nachdem auch dieser Flügel geschlagen ist, hat er, wenn anders die Stelle richtig erhalten ist, nicht beachtet, u. den Sieg Hasdrubals auch auf dieser Seite übergangen.— *Gallos eq.*, die Handschrr. haben *G. pedites,* was nicht richtig sein kann. Polyb. sagt über diese entscheidenden Manoeuvres Hasdrubals § 7: *ἐν ᾧ καιρῷ πραγματικὸν δοκεῖ ποιῆσαι καὶ φρόνιμον ἔργον*, dann: *προσπεσὼν δὲ τοῖς Ῥωμαϊκοῖς στρατοπέδοις κατὰ νώτου* etc., vergl. c. 47, 8.

49. 1—3. *parte al.*, ungenaue Bezeichnung d. Mitteltreffens, wahrscheinlich so genannt, weil der rechte Flügel schon vernichtet und nur noch ein zweiter Theil übrig war. — *Paulus*, L. hat nicht erwähnt, dass sich dieser, nachdem die röm. Reiterei geschlagen war, in das Mitteltreffen begeben habe, s. Pol. c. 116, 3, wo er Hannibal gegenüber zu stehen kommt. — *cum eq.*, es ist wol die *delecta manus imperatoris* gemeint, s. 2, 20, 7; Marquardt 3, 2, 307 f. — *postremo*, natürlich: vorher zu Pferde. — *et ad reg.:* obgleich verwundet, hat er bisher noch zu Pferde am Kampfe Theil genommen; jetzt verlässt ihn auch die Kraft, das Pferd zu regieren. Die folg. Scene hat Polyb. nicht, sondern nur die eine kurze Angabe des Todes des Consuls, c. 116, 9. — *denuntiantibus* bedeutet sonst nicht wie *nuntiare*, etwas melden, wenigstens hat es die Andeutung einer gewissen Feierlichkeit, s. 45, 1, 8: *consul — denuntiavit populo L. Aemilium — cum rege Perseo pugnasse;* ib. 32, 8; Curt. 8, 9, 28: *mater — moriturum se ante denuntians.*, die a. u. St. nicht statt hat, wesshalb Gron. *renuntiantibus* vorschlägt.

4—5. *quam m.*, 10, 19, 8, hier ironisch, um das Thörichte des Befehls anzuzeigen: wie viel lieber wäre es mir, wenn u. s. w., d. h. es könnte mir nicht angenehmer sein, wenn; denn da sie abgestiegen sind, ist ohnehin ihr Untergang gewiss; Plut. c. 16: *τοῦτο — μᾶλλον ἠβουλόμην ἢ εἰ δεδεμένους παρέλαβον*, auch a. u. St. wäre *mallem quam* natürlicher. — *traderet* n.

stre proelium, quale iam haud dubia hostium victoria, fuit, cum
victi mori in vestigio mallent quam fugere, victores morantibus
5 victoriam irati trucidarent quos pellere non poterant. pepulerunt
tamen iam paucos superantis et labore ac vulneribus fessos. inde
dissipati omnes sunt, equosque ad fugam qui poterant repetebant.
6 Cn. Lentulus tribunus militum cum praetervehens equo sedentem
7 in saxo cruore oppletum consulem vidisset, „L. Aemili“, inquit
„quem unum insontem culpae cladis hodiernae dei respicere de-
bent, cape hunc equum, dum et tibi virium aliquid superest, *et*
8 comes ego te tollere possum ac protegere. ne funestam hanc
9 pugnam morte consulis feceris: etiam sine hoc lacrimarum satis
luctusque est“. ad ea consul: „tu quidem, Cn. Corneli, macte vir-
tute esto: sed cave frustra miserando exiguum tempus e manibus
10 hostium evadendi absumas. abi, nuntia publice patribus, urbem
Romanam muniant ac priusquam hostis victor advenit praesidiis
firment; privatim Q. Fabio Aemilium praeceptorum eius memo-
11 rem et vixisse adhuc et mori. memet in hac strage militum meo-
rum patere expirare, ne aut reus iterum e consulatu sim, aut ac-
cusator conlegae existam, ut alieno crimine innocentiam meam
12 protegam“. haec [ex] agentis prius turba fugientium civium deinde
hostes oppressere: consulem, ignorantes quis esset, obruerunt
telis; Lentulum inter tumultum abripuit equus. tum demum

consul, vergl. 5, 44, 7; Tac. Agr. 32: *paucos numero — clausos quodammodo ac vinctos dii nobis tradiderunt.* — *pedestre p.* s. 4, 38, 3, u. a. — *quale* 3, 62, 6. — *pellere — pepul.* ist nicht klar, da die Römer nach c. 47, 8 und 48, 6 rings eingeschlossen sind. — *iam p. s.* die übrigen, deren bereits nur noch wenige waren. — *repeteb.*, die unterdess von Reitknechten gehalten worden waren, s. 2, 20, 11: *equiti admoti equi;* 6, 24, 10.

6—11. *praeterv.* = *cum praeterveheretur*, weil ein part. praes. pass. fehlt. — *sedent. op.* 3, 26, 9. — *insontem*, den als den einzigen Unschuldigen, weil du allein u. s. w. — *cape* etc., nimm das Pferd (und besteige es) u. s. w. — *tollere*, heben und aufrecht halten; Sil. It. 10, 276: *languentia membra ipse levabo humeris et dorso tuta locabo.* — *ne fec.*, 21, 43, 11. — *sine h.;* auch wenn das nicht geschieht, c. 7, 5. — *macte*, 7, 10, 4. — *miserando*, Plut. c. 16: τὸ μειράκιον — ἠνάγκασεν ἐπὶ τὸν ἵππον ἀναβῆναι δακρῦον. — *abi nunt.*, 9, 4, 16; 10, 4, 10. — *publ. p.*, eine die öffentlichen Angelegenheiten betreffende Botschaft an den Senat, der die hier erwähnten Anordnungeu zu treffen hat. Ueber *publice — priv.*, c. 22, 13. — *advenit*, Z. § 576. — *vixisse adh.*, vgl. Caes. B. C. 3, 64, 2: *hanc ego — et vivus defendi, et nunc moriens — Caesari restituo.* — *reus iterum*, c. 40, 3; 35, 3. — *e cons.*, nach und in Folge des Consulates, d. h. dessen, was ich in demselben gethan habe.

12—15. *haec* [*ex*] *ag.*, wahrscheinlich ist *ex* nur aus *haec* wiederholt. — *tum dem.* ist unsicher, da die Handschrr. *tum unde* haben und die Sache selbst unklar, da nach dem c. 48, 6 erwähnten Einschlusse eine

effuse fugiunt. septem milia hominum in minora castra, decem 13
in maiora, duo ferme in vicum ipsum Cannas perfugerunt; qui extemplo a Carthalone atque equitibus nullo munimento tegente
vicum circumventi sunt. consul alter, seu forte seu consilio nulli 14
fugientium insertus agmini, cum quinquaginta fere equitibus Venusiam perfugit. quadraginta quinque milia quingenti pedites, 15
duo milia septingenti equites, et tanta prope civium sociorumque pars, caesi dicuntur; in his ambo consulum quaestores, L. Atilius 16
et L. Furius Bibaculus, et viginti unus tribuni militum, consulares quidam praetoriique et aedilicii — inter eos Cn. Servilium Geminum et M. Minucium numerant, qui magister equitum priore
anno aliquot annis ante consul fuerat —, octoginta praeterea aut 17
senatores aut qui eos magistratus gessissent, unde in senatum legi deberent, cum sua voluntate milites in legionibus facti essent.
capta eo proelio tria milia peditum et equites mille et quingenti 18
dicuntur. — Haec est pugna Cannensis, Aliensi cladi nobilitate 50

allgemeine Flucht kaum statthaben konnte, wie auch nach Polyb. c. 116, 11 die Umzingelten fast alle niedergehauen wurden. — *decem*, s. c. 52, 4 ff. — *in vic. C.;* dieser war nach Polyb. c. 107, 4 schon ein Jahr vorher zerstört, die Burg in Hannibals Gewalt. — *quinquag.*, ebenso c. 50, 3; 23, 11, 9; aber 25, 6, 13 werden wie bei Polyb. 70 angegeben. — *Venusiam*, j. Venosa in Apulien, seit 463 a. u. eine latinische Colonie. — *quadrag. q.*, 25, 6, 13 werden wie c. 59, 5, jedoch in Reden, 50000 erwähnt; Polyb. giebt 70000, andere 40000 an. — *tanta* findet sich sonst nicht *que* entsprechend in dem Sinne von *aeque magna;* Gron. vermuthet daher *aequa*.

16—18. *viginti un.* ist nicht sicher; die Hdschrr. haben *viginti unudece*, die Epitome *triginta*. — *consulares* — *aedilicii* sind Appositionen zu *tribuni m.*, und stehen nicht § 17: *qui eos* — *deberent* entgegen, so dass mit den letzten Worten nicht curulische Aemter als zum Eintritt in den Senat berechtigend bezeichnet würden; sondern der Gegensatz liegt in *tribuni mil.* und *milites in leg.:* Senatoren und zum Eintritt in den Senat Berechtigte (*aedilicii*, vielleicht auch *praetorii*, konnten in beiden Classen sein) waren nicht allein Kriegstribunen, sondern selbst gemeine Legionssoldaten. Dagegen zeigt die Stelle, dass bei grosser Gefahr auch angesehene Männer (gewöhnlich jüngere, s. c. 53, 3; Marq. 3, 2, 278), Kriegstribunen wurden. — *aliquot*; 533 a. u. — *octoginta*, in der Epit. XC. — *aut qui* etc., Becker 2, 2, 390 f. — *deberent* scheint darauf hinzudeuten, dass die Censoren die, welche curulische Aemter bekleidet hatten, schon damals in den Senat aufzunehmen verpflichtet waren. — *sua vol.*, die Senatoren und gewesene Magistrate waren nach dieser Stelle frei vom Kriegsdienste, der in Folge der Aushebung geleistet wurde, dagegen nahmen sie als Anführer, Legaten, Tribunen, in der Umgebung des Feldherrn Theil an demselben, vergl. jedoch 29, 37, 8; 39, 44, 1. — *capta* etc., L. selbst zweifelt an der Angabe, Polyb. hat dieselbe nicht, und die Feinde scheinen keinen Pardon gegeben zu haben.

50. 1—3. *haec est.* c. 7, 1. *Cannensis* fehlt in der ältesten Hand-

2 par, ceterum ut illis, quae post pugnam accidere, levior, quia ab
3 hoste est cessatum, sic strage exercitus gravior foediorque. fuga namque ad Aliam sicut urbem prodidit, ita exercitum servavit: ad Cannas fugientem consulem vix quinquaginta secuti sunt, alterius morientis prope totus exercitus fuit.

4 Binis in castris cum multitudo semiermis sine ducibus esset, nuntium qui in maioribus erant mittunt, dum proelio, deinde ex laetitia epulis fatigatos quies nocturna hostes premeret, ut ad se transirent: uno agmine Canusium abituros esse. eam sententiam
5 alii totam aspernari: cur enim illos, qui se arcessant, ipsos non venire, cum aeque coniungi possent? quia videlicet plena hostium omnia in medio essent, et aliorum quam sua corpora tanto peri-
6 culo mallent obicere. aliis non tam sententia displicere quam animus deesse. P. Sempronius Tuditanus tribunus militum „capi ergo mavultis“ inquit „ab avarissimo et crudelissimo hoste, aestimarique capita vestra et exquiri pretia ab interrogantibus, Romanus civis sis an Latinus socius, ut ex tua contumelia et miseria

schrift, lässt sich aber schwerlich entbehren. — *sic* — *ut*, 21, 29, 4. — *est cess.*, c. 51, 2, im Gegensatze zu den Galliern, die ihren Sieg benutzten. — *namque*, 4, 9, 2. — *urbem prod.* — *serv.* s. 5, 38, 9; 25, 6, 10 ff. Nieb. R. G. 2, 605. — *alterius* etc., 3, 36, 7. — *prope t.* würde mehr auf die Angabe des Polyb. passen, s. c. 49, 14.

50, 4—61. Ereignisse nach der Schlacht; Polyb. 3, 118 ff., Plutarch Fab. 16, App. 7, 26.

4—5. *semiermis*, da die Hdschrr. *semiarmis* haben, so ist viell. *sine armis* zu lesen, eine Uebertreibung nach dem Folg., wie sie sich aber auch sonst bei L. finden, s. c. 59, 10. — *in maior.*, wenn dieses auf dem rechten Ufer des Aufidus war, s. c. 46, 1, so konnten sie von da aus leichter als aus dem nach Polyb. c. 110, 10 zehn Stadien östlicher liegenden kleineren Lager, s. c. 44, 2, nach Canusium gelangen. — *mittunt*, in das kleinere Lager. — *cur* — *venire*, in or. rect.: *cur illi non veniunt.* — *aeque coniungi;* 1, 56, 9: *tulisse;* 21, 58, 9: also *sibi* (*atque ipsi illis*), c. 44, 7.

6—7. *deesse* im Nebensatze, wie 3, 65, 10: *ut* — *credere* — *ita* — *malle;* 6, 4, 6; vergl. Sall. I. 100, 4: *neque secus atque iter facere, castra ponere.* — *P. Semp.*, adversatives Asyndeton; über Sempron. s. 24, 43, 8. — *avariss. e. c.*, 21, 4, 9. — *aestimari* — *exquiri*, euch abschätzen — den Preis abfragen lassen, kurz st.: euch ausfragen lassen, damit der Preis bestimmt werden könne, s. c. 52, 3; zur Sache c. 7, 5. — *Lat. soc.* ist entweder Asyndeton, wie *patres conscripti;* oder *Latinus* Adjectiv; in jedem Falle will L. alle italischen Bundesgenossen bezeichnen, denn dass ein Unterschied zwischen Latinern und *socii* nicht gemacht werde, zeigt c. 52, 3; 58, 2, wo nur *cives Romani* und *socii* einander entgegengestellt werden. Doch hat L. sonst jene Bezeichnung nicht, sondern setzt statt beider Classen der Bundesgenossen einen Namen, wie c. 7, 5; 37, 7; 23, 12, 16 *Latini nominis;* oder *socii*, wie 23, 17, 9: *Romanis sociisque;* oder stellt die eine Classe als Merkmal der anderen dar, wie oft *socii Latini nominis*, seltner wie

alteri honos quaeratur? non tu, si quidem L. Aemili consulis, 7
qui se bene mori quam turpiter vivere maluit, et tot fortissimo-
rum virorum, qui circa eum cumulati iacent, cives estis. sed an- 8
tequam opprimit lux maioraque hostium agmina obsaepiunt iter,
per hos, qui inordinati atque inconpositi obstrepunt portis, erum-
pamus. ferro atque audacia via fit quamvis per confertos hostis. 9
cuneo quidem hoc laxum atque solutum agmen, ut si nihil ob-
stet, disicias. itaque ite mecum, qui et vosmet ipsos et rem pu-
blicam salvam vultis". haec ubi dicta dedit, stringit gladium cu- 10
neoque facto per medios vadit hostis. et cum in latus dextrum, 11
quod patebat, Numidae iacularentur, translatis in dextrum scutis
in maiora castra ad sexcenti evaserunt; atque inde protinus alio
magno agmine adiuncto Canusium incolumes perveniunt. haec 12
apud victos magis impetu animorum, quos ingenium suum cui-
que aut fors dabat, quam ex consilio ipsorum aut imperio cuius-
quam agebantur.

Hannibali victori cum ceteri circumfusi gratularentur sua- 51
derentque, ut tanto perfunctus bello diei quod reliquum esset

c. 38, 1: *socii ab nomine Latino*; 40, 36, 9: *socii ex nomine Lat.*, oder verbindet beide Classen, oft: *socii ac nomen Lat.;* 34, 56, 5: *socii et nom. Lat.;* 22, 57, 10: *socii Latinumque nomen;* 41, 8, 8: *socii ac nominis Latini;* 27, 9, 1: *Latini nominis sociorumque*, namentlich oft im genet. plur. *socium ac Latini nominis* oder umgekehrt. — *tua*, des römischen Bürgers, den Sempr., wie aus *si quidem — cives* (Mitbürger) *estis* hervorgeht, besonders im Auge hat; *alteri* bezieht sich dann auf die Latiner: damit durch euere Schmach, indem ihr schlechter behandelt werdet, Andere, die eine bessere Behandlung erfahren, geehrt erscheinen. — *non tu*, elliptisch: handle du nicht so, wendet sich mit mehr Nachdruck an die Einzelnen (*estis*). — *bene m.*, 21, 42, 4.

8—9. *opprimit*, c. 49, 12. — *inordinati*, nicht in Reih und Glied, *inconpositi*, nicht in ordentlichen Abtheilungen, s. 10, 36, 10, werden oft verbunden. — *cuneo*, s. 7, 24, 7; 10, 29, 7; anders c. 47, 5. — *ut si;* L. braucht häufiger *velut si.*

10—12. *haec ubi* etc. praef. 1. — *in lat. dext.*, der Schild wird sonst am linken Arme getragen. Wenn das kleine Lager, s. Polyb. c. 110, 10, östlich von dem grösseren war, und die Römer, um von dem feindlichen ferner zu bleiben, auf dem linken Ufer des Aufidus marschirten, bis sie dem grösseren gegenüber waren, so mussten sie mit der rechten Seite den Geschossen der Numider ausgesetzt sein. L. scheint die genaue Schilderung der Situation, welche Polyb. ebenso wie das c. 51—61, 10 Erzählte übergeht, seinen Quellen entlehnt zu haben, s. Einleit. S. 11 ff. — *quos* etc., was bei den Römern geschah, gieng von einer plötzlichen Aufwallung des Muthes aus, welche bei Manchen ihren Grund in dem Charakter derselben, bei Anderen in dem Drange der Noth hatte, s. 1, 18, 4. Im Folg. steht *imperio* dem *ingenium suum*, dagegen *consilio fors* entgegen: nach vernünftiger Ueberlegung oder ordnungsmässigem Befehle.

51. 1. *bello* ist hier wol nicht ohne Absicht statt *pugna* gebraucht,

noctisque insequentis quietem et ipse sibi sumeret et fessis daret
2 militibus, Maharbal, praefectus equitum, minime cessandum ra-
tus „immo ut, quid hac pugna sit actum, scias, die quinto“ in-
quit „victor in Capitolio epulaberis. sequere: cum equite, ut
3 prius venisse quam venturum sciant, praecedam“. Hannibali ni-
mis laeta res est visa, maiorque quam ut eam statim capere animo
posset. itaque voluntatem se laudare Maharbalis ait; ad consi-
4 lium pensandum temporis opus esse. tum Maharbal: „non
omnia nimirum eidem di dedere: vincere scis, Hannibal, victoria
uti nescis“. mora eius diei satis creditur saluti fuisse urbi atque
imperio.
5 Postero die ubi primum inluxit, ad spolia legenda foedam-
6 que etiam hostibus spectandam stragem insistunt. iacebant tot
Romanorum milia, pedites passim equitesque, ut quem cuique
fors aut pugna iunxerat aut fuga. adsurgentes quidam ex strage
media cruenti, quos stricta matutino frigore excitaverant vulnera,

sie glaubten, der Krieg selbst sei beendigt. — *diei q. r. e.* scheint ebenso wie *noctis in. q.* unmittelbar von *sumeret* abzuhängen, und statt *noctem insequentem* gesagt zu sein *quietem n. in.*, weil die Nacht zunächst für die Ruhe, der Rest des Tages der Freude bestimmt werden sollte, s. c. 50, 4. Ueber *noctis in. q.* s. c. 21, 58, 1: *haud longi temporis quies;* ib. c. 27, 6; 11, 3; 38, 6, 8: *superioris noctis inceptum;* 40, 12, 6: *noctis huius crimen;* ib. § 9; 12. Andere nehmen *diei quod — esset* als einen im Genetiv wie *noctis* zu denkenden Begriff, so dass *eius* vor *quod* zu denken wäre.

2. *Maharbal.*, nach Plut. 17 *Barcas*, s. Florus 1, 22, 19. — *epulaberis*, vergl. Gell. 10, 24, 6: suppetit *Coelianum* illud ex libro historiarum secundo: *si vis mihi equitatum dare et ipse cum cetero exercitu me sequi, die quinti Romae in Capitolium curabo tibi cena sit cocta.* et historiam autem et verbum hoc sumpsit Coelius *ex origine M. Catonis*, in quo ita scriptum est: *igitur dictatorem Karthaginiensium magister equitum monuit: mitte mecum Romam equitatum: die quinti in Capitolio tibi cena parata erit;* L. hat also wol aus Coelius, nicht aus Cato selbst, s. Einl. S. 23, diese Erzählung entlehnt.

3—4. *capere an.*, 3, 7, 2; 9, 9, 14; der Nachdruck liegt auf *statim*, der ganze Gedanke ist ein Urtheil L's, der Hannibal die geistige Kraft abspricht, den grossen Gedanken sogleich fassen zu können. Ueber die Sache s. Guillaume II., 59 f., Peter I., 401. — *pensandum*, 4, 41, 3; 30, 32, 3: *cum oculis magis quam ratione pensarent vires.* — *temporis*, Z. § 464. — *vincere* etc., vergl. Plut. σὺ νικᾶν οἶδας, νίκῃ δὲ χρῆσθαι οὐκ οἶδας. — *satis cr.*, 21, 8, 3.

5—8. *ad spolia leg.* — *insist.*, sonst hat *insistere* gewöhnlich den Infinitiv oder Dativ, vergl Tac. An. 1, 61: *incedunt maestos locos etc.*, H. 2, 70. — *Romanorum*, nicht allein Römer im engeren Sinne, sondern alle, die für Rom gekämpft haben. Im Folg. sind die Scenen so zusammengestellt, dass eine Gradation stattfindet. — *pugna — fuga*: in der Schlacht — auf der Flucht, sind durch Auseinanderstellung gehoben. — *stricta* etc., der Schmerz

ab hoste oppressi sunt. quosdam et iacentis vivos succisis femi- 7
nibus poplitibusque invenerunt, nudantis cervicem iugulumque
et reliquum sanguinem iubentes haurire. inventi quidam sunt 8
mersis in effossam terram capitibus, quos sibi ipsos fecisse fo-
veas obruentisque ora superiecta humo interclusisse spiritum ap-
parebat. praecipue convertit omnes substratus Numida mortuo 9
superincubanti Romano vivus naso auribusque laceratis, cum ma-
nibus ad capiendum telum inutilibus, in rabiem ira versa, laniando
dentibus hostem expirasset.

Spoliis ad multum diei lectis Hannibal ad minora ducit ca- **52**
stra oppugnanda, et omnium primum brachio obiecto flumine eos
excludit. ceterum ab omnibus labore vigiliis vulneribus etiam 2
fessis maturior ipsius spe deditio est facta. pacti, ut arma atque 3
equos traderent, in capita Romana trecenis nummis quadrigatis,
in socios ducenis, in servos centenis, et ut eo pretio persoluto
cum singulis abirent vestimentis, in castra hostis acceperunt;
traditique in custodiam omnes sunt, seorsum cives sociique. dum 4
ibi tempus teritur, interea cum ex maioribus castris, quibus satis
virium et animi fuit, ad quattuor milia hominum et ducenti equi-

der zusammengezogenen Wunden hatte sie aus der Betäubung geweckt. — *feminibus*, so wahrscheinlich schon Ennius Ann. 8, 5: *is pernas succidit iniqua superbia Poeni.* — *cervicem*, 4, 12, 6. — *iubentes*, ohne Subject der gebotenen Thätigkeit, s. 10, 9, 1.; 3, 22, 6: *signum observare iussit.*

9. *convertit*, 1, 7, 7. — *substratus*, die Hdschrr. haben zwar *subtractus* oder *subractus*, doch soll besonders der Umstand hervorgehoben werden, dass der Numide sich unter dem todten Römer nicht hat hervorarbeiten können, und gerade in dieser Lage die Blicke aller auf sich zog, was nicht erst geschah, als er bereits hervorgezogen war. Auch Sil. Ital., der jedoch die Scene nach der Schlacht am Trasimenus erzählt, scheint *substratus* gelesen zu haben, s. 6, 42 f.: *Laevinus — exanimum Nasamona Tyren super ipse iacebat exanimis*, vergl. Val. Max. 3, 2, 11: *Numidae cervicem complexus* etc. — *vivus*, noch lebend. — *inutilib.*, Val. M. l. l. *ad retinenda arma inutiles vulneribus manus.* — *in rab.*, Curt. 5, 12, 10: *ira in rabiem versa.* — *expirasset* n. Romanus.

52. 1—3. *brachio*, eine Verschanzungslinie, s. 4, 9, 14. Die Hdschrr. haben *brachio flumine obiecto*, was sich L. viell. um den Uebelklang zu vermeiden erlaubt hat, s. praef. § 5. — *ab om.* etc.; kurz statt: *ab obsessis, qui omnes — fessi essent*, von ihnen als lauter u. s. w., s. c. 50, 4; 21, 32, 9. — *trecenis* etc. hängt von *pacti* ab, s. 9, 43, 6, Crev.: '*pacti trecenis nummis i. e. pacti pretium fore in capita Romana trecenos nummos quadrigatos cum eo, sive ea condicione, ut arma atque equos traderent.*' — *trecenis*, 50 mehr als c. 23, 6. — *quadrigatis*, römische Silberdenare, nach dem Gepräge so genannt. Diese waren damals in Unteritalien schon gangbare Münze, weil seit 485 d. St. den Italikern Silbergeld zu prägen untersagt war, s. Mommsen das röm. Münzwesen S. 234 ff. — *servos*, c. 42, 11.

tes, alii agmine alii palati passim per agros, quod haud minus
tutum erat, Canusium perfugissent, castra ipsa ab sauciis timi-
5 disque eadem condicione qua altera tradita hosti. praeda ingens
parta est; et praeter equos virosque et si quid argenti — quod
plurimum in phaleris equorum erat, nam ad vescendum facto
perexiguo, utique militantes, utebantur — omnis cetera praeda
6 diripienda data est. tum sepeliendi causa conferri in unum cor-
pora suorum iussit. ad octo milia fuisse dicuntur fortissimorum
virorum. consulem quoque Romanum conquisitum sepultumque
quidem auctores sunt.

7 Eos, qui Canusium perfugerant, mulier Apula nomine Busa,
genere clara ac divitiis, moenibus tantum tectisque a Canusinis
acceptos, frumento veste viatico etiam iuvit; pro qua ei munifi-
53 centia postea bello perfecto ab senatu honores habiti sunt. Ce-
terum cum ibi tribuni militum quattuor essent, Fabius Maximus
2 de legione prima, cuius pater priore anno dictator fuerat, et de
legione secunda L. Publicius Bibulus et P. Cornelius Scipio, et
3 de legione tertia Ap. Claudius Pulcher, qui proxime aedilis fuerat,
omnium consensu ad P. Scipionem admodum *adolescentem et ad*
4 Ap. Claudium summa imperi delata est. quibus consultantibus
inter paucos de summa rerum nuntiat P. Furius Philus, consu-
laris viri filius, nequiquam eos perditam spem fovere; despera-
5 tam conploratamque rem esse publicam: nobiles iuvenes quos-
dam, quorum principem L. Caecilium Metellum, mare ac naves

4—7. *castra trad.*, nach Polyb. c. 117, 11 ist das Lager, in welchem 10000 M. vor der Schlacht als Besazzung zurückgelassen waren, worauf L. c. 59, 9 hindeutet, sogleich nachdem der Sieg entschieden war und nach tapferer Gegenwehr der Besatzung, s. c. 49, 13, genommen worden. — *virosque*, 5, 37, 5. — *argenti* n. *erat*, was hier fehlen konnte, da es sogleich folgt. — *phaleris*, 9, 46, 12. — *ad vesc.*, das *argentum mensarium*, Tafelgeschirr, vergl. 26, 36, 5 ff. — *omnis cet.*, gewöhnlich geht *ceteri* voran, s. jedoch Cic. Fin. 5, 20, 57: *omnium ceterarum rerum obliti*. — *octo* nach Polyb. c. 117, 6: 4000 Gallier, 1500 Spanier und Afrikaner, 200 Reiter. — *consulem*, s. c. 7, 5; 25, 17, 4. — *tectis acc.*, 9, 7, 9. — *Busa*, ein oskischer Name, auch *Busidius* findet sich auf einer Inschrift; zur Sache vrgl. Val. Max. 4, 8, 2; Dio Cass. fr. XLIX.

53. 1—4. *de leg.*, von der Leg., als Theil derselben. — *tertia*, s. c. 57, 8. — *P. Cornel.*, s. Val. Max. 5, 6, 7 und zu c. 49, 16: *viginti unus*. — *summa imp.*, s. 25, 37, 6, vrgl. 26, 2, 1; nach Appian 7, 26 übergiebt ihm Varro selbst das Commando. — *inter p.* mit wenigen. — *summa rer.*, über die Lage des Staates. — *nequiquam*, c. 43, 1: sie hegten vergebens noch Hoffnung, da bereits (alle Hoffnung) Alles verloren sei; vergl. 21, 12, 3. — *conplorat.*, 5, 39, 4.

5—9. *quorum pr.* n. *esse*, Z. § 603. — *Caecilium*, vergl. 24, 18, 3; ib. 43, 3; 27, 11, 12. — *praeter-*

spectare, ut deserta Italia ad regum aliquem transfugiant. quod 6
malum, praeterquam atrox, super tot clades etiam novum, cum
stupore ac miraculo torpidos defixisset qui aderant et consilium
advocandum de eo censerent, negat consili rem esse Scipio iu-
venis, fatalis dux huiusce belli. audendum atque agendum non 7
consultandum ait in tanto malo esse. irent secum extemplo ar-
mati, qui rem publicam salvam vellent. nulla verius quam ubi 8
ea cogitentur hostium castra esse. pergit ire sequentibus paucis 9
in hospitium Metelli, et cum concilium ibi iuvenum de quibus
adlatum erat invenisset, stricto super capita consultantium gla-
dio „ex mei animi sententia" inquit „ut ego rem publicam populi 10
Romani non deseram, neque alium civem Romanum deserere
patiar: si sciens fallo, tum me, Iuppiter optimus maximus, do- 11
mum familiam remque meam pessimo leto adficiat. in haec ver- 12
ba, L. Caecili, iures postulo ceterique qui adestis: qui non iura-
verit, in se hunc gladium strictum esse sciat". haud secus pavidi, 13
quam si victorem Hannibalem cernerent, iurant omnes custodien-
dosque semet ipsos Scipioni tradunt.

Eo tempore, quo haec Canusi agebantur, Venusiam ad con- 54
sulem ad quattuor milia et quingenti pedites equitesque, qui sparsi

quam, s. 4, 17, 6; 10, 20, 11. — *stupore a. m.*, s. 21, 33, 3. — *torpidos*, proleptisch; *cum defixisset ita ut torpidi essent*, s. 21, 33, 3. — *qui ader.* n. *apud Scipionem*, (so dass Scipio ausgeschlossen wird), enthält auch das Subject zu *censerent*. — *consilium*, ein Kriegsrath, im Gegensatze zu *inter paucos*. — *fatalis*, 5, 19, 2; 30, 28, 11: *velut fatalem eum ducem in exitium suum natum horrebant*. — *audend. a. ag.*, 21, 40, 6. — *ait* hier mit Nachdruck, da es sonst nach *negare* nicht selten fehlt. — *irent*, vergl. 1, 51, 6. — *nulla* n. *castra*. — *concilium*, 2, 28, 3.

10—13. *ex mei a. s.*, Quint. 8, 5, 1: *iuraturi ex mei animi sententia, et gratulantes ex sententia dicimus;* L. 43, 15, 8: *ita iusiurandum adigebant: ex tui animi sententia tu ex edicto — in Macedoniam redibis.* Bei dieser Versicherungsformel wird bisweilen das Hauptverbum: *ex mei animi sententia iuro*, und der dem Satze mit *ut*, welcher das, was betheuert wird enthält, entsprechende mit *ita*, etwa: *ita me dii ament* ausgelassen, Gell. 4, 20, 3: *ut ex animi tui sententia uxorem habes;* Plaut. Amph. 2, 2, 201: *per supremi regis regnum iuro, — ut mi — nemo corpus contigit.* — *neque = et non.* — *si sciens f.* führt die mit dem Schwure verbundene Verwünschung, 1, 24, 8, ein, s. 2, 45, 14; 21, 45, 8. — *tum me*, 1, 24, 8; Plaut. Amph. 3, 2, 52: *id ego si fallo, tum te summe Iuppiter quaeso Amphitruoni ut semper iratus sis.* — *optimus m.*. in den Hdschrr. findet sich *optime maxime*, wahrscheinlich durch falsche Auflösung von *o. m.*, da dieselben *adficiat* haben, und die zweite Pers. des Conjunctiv bei bestimmten Subjecten nur selten sich findet. — *custodiendos*, vergl. Cic. Mil. 23, 61.

54. 1—3. *ad quatt.* etc. L. scheint anzunehmen, dass sie aus der Schlacht selbst versprengt gewesen seien, s.

2 fuga per agros fuerant, pervenere. eos omnes Venusini per familias benigne accipiendos curandosque cum divisissent, in singulos equites togas et tunicas et quadrigatos nummos quinos vicenos et pediti denos, et arma quibus deerant dederunt. ceteraque
3 publice ac privatim hospitaliter facta, certatumque, ne a muliere
4 Canusina populus Venusinus officiis vinceretur. sed gravius onus Busae multitudo faciebat, et iam ad decem milia hominum erant;
5 Appiusque et Scipio, postquam incolumem esse alterum consulem acceperunt, nuntium extemplo mittunt, quantae secum peditum equitumque copiae essent, sciscitatumque simul, utrum Ve-
6 nusiam adduci exercitum an manere iuberet Canusi. Varro ipse Canusium copias traduxit. et iam aliqua species consularis exercitus erat, moenibusque se certe etsi non armis, ab hoste videbantur defensuri.

7 Romam ne has quidem reliquias superesse civium sociorumque, sed occidione occisum *consulem utrumque* cum duobus
8 exercitibus deletasque omnes copias adlatum fuerat. numquam salva urbe tantum pavoris tumultusque intra moenia Romana fuit. itaque succumbam oneri, neque adgrediar narrare quae
9 edissertando minora vero faciam. consule exercituque ad Trasu-

c. 50, 11, wo die aus dem Lager Entkommenen nach Canusium gelangen. — *in sing.* — *pediti*, s. 45, 34, 5: *in equitem* — *peditibus;* 35, 40, 6: *in singulos pedites* — *equiti.* — *togas*, auch 29, 3, 5; ib. 36, 3; 44, 16, 4 wird der Gebrauch der Toga im Felde erwähnt, der jedoch wahrscheinlich auf die Zeit der Winterquartiere und des Waffenstillstandes beschränkt war, so wie nur die Vornehmeren, Officiere, Ritter, Centurionen, sie als Staatskleid getragen zu haben scheinen. — *quadrig. n.* c. 52, 3. — *quinos vic*, etwa 5 Rthlr. 15 Gr., sonst beträgt der Sold der Ritter das Dreifache von dem der Fusssoldaten; hier ist zu beachten, dass die ersteren auch Kleider erhalten. — *cetera*, 9, 6, 7. — *popul. Ven.*, als latinische Colonie ist sie ein Staat.

4—6. *et iam*, und in der That war schon. — *ad dec. m.*, ausser den c. 50, 11 und 52, 4 erwähnten waren wol noch andere Versprengte dahin gekommen: *species c. e.*, es sind die *legiones Cannenses* 23, 25, die noch 29, 24, 13 zwei Legionen bilden; daher ist es schwerlich richtig, dass nur 3000 sich gerettet haben, wie Polyb. c. 117 berichtet. Ueber die Sache s. Nieb., 2, 102. — *moenibus*, s. c. 60, 23.

7—9. *Romam* etc., vergl. 5, 39, 4. — *occid. oc.*, 3, 10, 11. Die Stelle ist in den Handschrr. lückenhaft: *occidione occisum cum duobus exercitibus deletasque.* — *salva u.*, so lange die Stadt stand. — *succumbam*, ich will lieber u. s. w. Sonst verweilt L. gerade bei solchen Schilderungen mit Vorliebe, hier hätte das c. 7 bereits Gesagte wiederholt werden müssen. — *consule exerc.* etc., der Gedanke ist zusammengedrängt: nach dem grossen Verluste im vergangenen Jahre konnte das, was jetzt gemeldet wurde, nicht nur ein neuer Schlag (Unglück) nach dem früheren genannt werden, sondern u. s. w.; schon die Niederlage am

mennum priore anno amisso non vulnus super vulnus, sed mul-
tiplex clades — cum duobus consulibus duo consulares exercitus
amissi nuntiabantur, nec ulla iam castra Romana, nec ducem nec
militem esse, Hannibalis Apuliam Samnium ac iam prope totam 10
Italiam factam. nulla profecto alia gens tanta mole cladis non
obruta esset. conpares cladem ad Aegatis insulas Carthaginien- 11
sium proelio navali acceptam, qua fracti Sicilia ac Sardinia ces-
sere [in], vectigalis ac stipendiarios fieri se passi sunt; aut pu-
gnam adversam in Africa, cui postea hic ipse Hannibal succubuit:
nulla ex parte conparandae sunt, nisi quod minore animo latae
sunt. P. Furius Philus et M'. Pomponius praetores senatum in **55**
curiam Hostiliam vocaverunt, ut de urbis custodia consulerent:
neque enim dubitabant deletis exercitibus hostem ad oppugnan- 2
dam Romam, quod unum opus belli restaret, venturum. cum in 3
malis sicuti ingentibus ita ignotis ne consilium quidem satis ex-
pedirent, obstreperetque clamor lamentantium mulierum, et non-
dum palam facto vivi mortuique per omnes paene domos pro-
miscue conplorarentur, tum Q. Fabius Maximus censuit equites 4
expeditos et Appia et Latina via mittendos, qui obvios percun-
ctando — aliquos profecto ex fuga passim dissipatos fore — re-
ferant, quae fortuna consulum atque exercituum sit, et si quid dii 5

Trasimenersee war nicht blos ein *vulnus*, sondern *clades* gewesen, jetzt wird eine vielfach grössere (c. 7, 3) Niederlage gemeldet, dass beide Consuln — und dass kein Heer u. s. w. Ueber den Wechsel des nomin. und accus. c. inf. s. 4, 41, 7, vergl. 4, 53, 3. — *Apuliam* etc., c. 61.

10–11. *tanta m. cl.*, 1,1,4: *ad mai.* etc.—*conpares*, Z. § 780: man könnte wol vergleichen (Annahme oder Aufforderung) — aber man würde finden, dass sie nur in so fern zu vergleichen seien; der Gegensatz *nulla* etc. ist des grösseren Nachdrucks wegen asyndetisch hinzugefügt. — *cladem* ist durch seine Bestimmung *ad Aeg. ins.* von *Carthag.* getrennt, s. praef. 5. — *ac Sard.*, 21, 40, 5. — [*in*] *vect.*, gewöhnlich wird *inde vect.* gelesen, was jedoch, da hier eine Zeitfolge nicht statt hatte, s. 21, 41, 9, nicht passend scheint; viell. ist *cesserunt* zu lesen. Ueber *vectigal* etc. s. 21, 41, 7. — *nulla e. p.*, in keiner Beziehung. — *conpar. s.*, Z. § 650.

55. 1—3. *Philus — Pomp.*, c. 35, 5. — *dubitab. vent.*, s. 1, 23, 7; zur Sache c. 51, 3. — *ne cons. q.*, geschweige denn, dass man etwas gethan hätte. — *obstrep.* n. *consultantibus*, s. c. 7, 7; 11. — *non d. pal. f.* n. *qui vivi qui mortui essent*, vergl. 1, 41, 6; über die Form s. 6, 25, 5; 7, 8, 5. — *per*, davor steht in den Handschrr. *et*, was hier überflüssig scheint. Der Satz *et nondum* etc. steht mit der Störung der Berathung nicht in solcher Beziehung wie *obstreperet*, sondern fügt als Grund des Vorhergeh. die Schilderung der Lage der Einzelnen hinzu.

4—5. *Appia e. L. v.*, c. 1, 12; 12, 2. — *profecto*, c. 42, 6. — *ex fuga*, 6, 29, 4; 8, 10, 9: einige müssten doch wenigstens von der Flucht

inmortales, miseriti imperi, reliquum Romani nominis fecerint, ubi eae copiae sint; quo se Hannibal post proelium contulerit;
6 quid paret, quid agat acturusque sit. haec exploranda noscendaque per inpigros iuvenes esse. illud per patres ipsos agendum, quoniam magistratuum parum sit, ut tumultum ac trepidationem in urbe tollant, matronas publico arceant continerique intra suum
7 quamque limen cogant; conploratus familiarum coerceant; silentium per urbem faciant; nuntios rerum omnium ad praetores deducendos curent; suae quisque fortunae domi auctorem ex-
8 pectent; custodesque praeterea ad portas ponant, qui prohibeant quemquam egredi urbem, cogantque homines nullam nisi urbe ac moenibus salvis salutem sperare. ubi conticuerit recte tumultus, tum in curiam patres revocandos consulendumque de urbis custodia esse.

56 Cum in hanc sententiam pedibus omnes issent, submotaque foro *per* magistratus turba patres diversi ad sedandos tumultus discessissent, tum demum litterae a C. Terentio consule adlatae
2 sunt: L. Aemilium consulem exercitumque caesum, sese Canusi esse, reliquias tantae cladis velut ex naufragio colligentem. ad decem milia militum ferme esse inconpositorum inordinatorum-

aus versprengt sein. — *miseriti*, 5, 45, 4; 27, 33, 11: *deos inmortales, miseritos nominis Romani:* wenn die Götter aus Erbarmen mit der Herrschaft, um diese aufrecht zu halten, etwas von dem Römervolke übrig gelassen, erhalten hätten; doch ist *Roman. nom.*, 1, 10, 3, wie *eae copiae* zeigt, zunächst von dem Heere zu verstehen, 23, 6, 3: *uti deletum omnibus videretur nomen Romanum*, vergl. 6, 30, 6: *quidquid superfuit fortunae populi Romani.*

6—8. *illud* fasst die einzelnen Momente in *ut tollant*, *cogant* etc. zusammen; aber *ut* ist von *agendum* durch *quoniam* etc. getrennt, um *patres ipsos* voran- und *iuvenes* entgegenzustellen. — *matronas*, c. 7, 11. — *publico*, 21, 14, 1. — *omnium rer.*, um auch Privatangelegenheiten betreffende und übertreibende Gerüchte nicht entstehen zu lassen. — *auctorem*, der Nachricht bringe über das Schicksal der ins Feld gezogenen Familienglieder. — *expectent*, Z. § 367. — *ponant* geht wieder auf *patres* zurück. — *egredi u.*, 1, 29, 6. — *recte*, wenn es anders richtig und nicht aus den letzten Sylben von *conticuerit* entstanden ist, scheint: 'ganz, vollständig' zu bedeuten. — Ueber die Thätigkeit des Fabius s. Plut. c. 17. Zweifelhaft ist es, ob er jetzt auch noch andere Einrichtungen beantragt habe, s. Rubino 1, 393; Marq. 2, 3, 189.

56. 1—3. *pedibus is.*, alle traten auf seine Seite, ohne dass eine Umfrage gehalten, s. 3, 39, 2; ib. 41, 1, oder ein anderer Antrag gestellt wurde, Becker 2, 2, 439. — *submota*, der technische Ausdruck für die Entfernung des Volkes durch die Diener der Magistrate, besonders die Lictoren, 4, 46, 9. — *per* fehlt in den Handschrr. — *diversi*, 9, 2, 3. — *reliquias*, die nach der ungeheueren Niederlage übrig gebliebenen Trümmer. — *ad dec.*, nach c. 54, 1 u. 4 müsste die Zahl verdorben sein und mit Heusinger *ad*

que. Poenum sedere ad Cannas, in captivorum pretiis praedaque 3
alia nec victoris animo nec magni ducis more nundinantem. tum 4
privatae quoque per domos clades vulgatae sunt; adeoque totam
urbem opplevit luctus, ut sacrum anniversarium Cereris inter-
missum sit, quia nec lugentibus id facere est fas, nec ulla in illa
tempestate matrona expers luctus fuerat. itaque ne ob eandem 5
causam alia quoque sacra publica aut privata desererentur, sena-
tus consulto diebus triginta luctus est finitus. ceterum cum se- 6
dato urbis tumultu revocati in curiam patres essent, aliae insuper
ex Sicilia litterae adlatae sunt ab T. Otacilio propraetore, regnum 7
Hieronis classe Punica vastari; cui cum opem inploranti ferre
vellet, nuntiatum sibi esse aliam classem ad Aegatis insulas stare
paratam instructamque, ut, ubi se versum ad tuendam Syracusa- 8
nam oram Poeni sensissent, Lilybaeum extemplo provinciamque
aliam Romanam adgrederentur. itaque classe opus esse, si regem
socium Siciliamque tueri vellent.

quindecim gelesen werden. — *in c. pret. n. constituendis:* um. — *nundinantem* '*hoc verbo in invidiam ludibriumque utuntur*' Gron., vergl. die Aeusserung von Pyrrhus aus Ennius Cic. Off. 1, 12, 38: *nec cauponantes bellum sed belligerantes, ferro non auro cernamus utrique.* Uebrigens stimmt mit *sedere* etc. das 23, 1, 1 Gesagte nicht überein.

dare signum universae pugnae volebant. in hac cotidiana duo- 5
rum exercituum statione principes Nolanorum nuntiant Marcello,
nocturna conloquia inter plebem ac Poenos fieri; statutumque 6
esse, ut, cum Romana acies egressa portis iret, inpedimenta eorum
ac sarcinas diriperent, clauderent deinde portas murosque occupa-
rent, ut potentes rerum suarum atque urbis Poenum inde pro Ro-
mano acciperent. haec ubi nuntiata Marcello sunt, conlaudatis se- 7
natoribus Nolanis, priusquam aliqui motus in urbe oreretur, fortu-
nam pugnae experiri statuit. ad tris portas in hostes versas tri- 8
pertito exercitum instruxit; inpedimenta subsequi iussit, calones
lixasque et invalidos milites vallum ferre. media porta robora le-
gionum et Romanos equites, duabus circa portis novos milites
levemque armaturam ac sociorum equites statuit. Nolani muros 9
portasque adire vetiti; subsidiaque destinata inpedimentis data,

ten das Plusquamperf., 2, 1, 2. — *in eam im.*, welche mit Spannung und Sehnsucht erwarteten, 25, 20, 5: *in — occasionem imminebat*, dagegen 3, 51, 8: *imminensque ei potestati.*

4—5. *coeptae Rom.;* da in den Hdschrr. steht *utrique acies Romanorum coeptae*, ist *coeptae* vielleicht verdorben. — *pro* weist darauf hin, dass sie aus der Stadt gerückt sind, und vor derselben stehen, *ante*, nur, dass sie das Lager im Rücken haben. — *temere* ohne bestimmten Plan, s. c. 46; 8, 7; über *provocare* zu 3, 60, 3. — *univers. p.*, 22, 32, 2. — *statione* hier das Stehen auf einer Stelle, 27, 48, 13: *stationem magis segnem quam pugnam.*

6. *egressa p. i.* ist schwerlich richtig, da statt *iret* ein genauerer Ausdruck erwartet wird, etwa *staret* oder *in ordines iret*, s. 10, 33, 2, Curt. 5, 3, 19: *velut in aciem irent*, denn der passende Zeitpunkt zum Ausfall war, wenn sich das Heer noch ordnete. — *inpedim.* die also auch ausserhalb der Thore zu denken sind. — *potent. r. s.*, über sich frei verfügen könnten.

8—9. *subsequi*, sich hinter den Legionen aufstellen um ihnen dann zu folgen, s. § 14. — *vallum f.*, für den Fall, dass er von der Stadt ausgeschlossen, ein Lager aufschlagen muss, s. 3, 27, 3; 5. — *robora leg.*, 21, 54, 3. Marcellus hatte die legio classica, 22, 57, 8, und die von Varro bei Canusium gesammelten Truppen, c. 25, 7; 22, 56, 2; ib. 57, 8; die *novi milites* waren wahrscheinlich ein Theil der kurz vorher ausgehobenen, s. c. 14, 4; 22, 57. Dass auch Fusstruppen der Bundesgenossen in dem Heere waren, lässt das folg. *sociorum equites* erwarten. — *circa*, 21, 7, 5. — *destinata*, die zur Reserve bestimmte Abtheilung wird dem Gepäck zur Bedeckung beigegeben, § 14: *custodia inpedimentorum;* indess kommt der Ausdruck sonst nicht in dieser Weise vor.

ne occupatis proelio legionibus in ea impetus fieret. ita instructi
10 intra portas stabant. Hannibali sub signis, id quod per aliquot
dies fecerat, ad multum diei in acie stanti primo miraculo esse,
quod nec exercitus Romanus porta egrederetur, nec armatus quis-
11 quam in muris esset: ratus deinde prodita conloquia esse metu-
que resides factos, partem militum in castra remittit, iussos pro-
pere adparatum omnem oppugnandae urbis in primam aciem
adferre, satis fidens, si cunctantibus instaret, tumultum aliquem
12 in urbe plebem moturam. dum in sua quisque ministeria dis-
cursu trepidat ad prima signa, succeditque ad muros acies, pate-
facta repente porta Marcellus signa canere clamoremque tolli ac
pedites primum, deinde equites, quanto maximo possent impetu
13 in hostem erumpere iubet. satis terroris tumultusque in aciem
mediam intulerant, cum duabus circa portis P. Valerius Flaccus
14 et C. Aurelius legati in cornua hostium erupere. addidere cla-
morem lixae calonesque et alia turba custodiae inpedimentorum
adposita, ut paucitatem maxime spernentibus Poenis ingentis
15 repente exercitus speciem fecerit. vix equidem ausim adfirmare
quod quidam auctores sunt, duo milia et octingentos hostium
16 caesos non plus quingentis Romanorum amissis. sed sive tanta
sive minor victoria fuit, ingens eo die res ac nescio an maxima

10—12. *sub sig.*, 8, 8, 7; hier: mit den Fahnen in der ersten Linie. — *resides*, 6, 23, 5. Das war es gerade, worauf Hannibal seinen Plan gebaut hatte. *factos* n. die Römer. — *cunctantibus* während sie nicht wüssten, was sie thun sollten. — *discursu*, adverbialer Ablat.; neben der Eile wird die Verwirrung bezeichnet. Mit *trepidat* ist sowol *in sua ministeria* als *ad prima signa* zu verbinden. Die *prima signa* sind die Fahnen des ersten Treffens, welches die Infanterie bildet.

13—14. *Valerius*, 21, 6.—*Aurelius* ist sonst nicht bekannt. Sie sollen wol zugleich die feindliche Reiterei am Vordringen hindern. — *addidere cl.*, sie sind also auch aus der Stadt gerückt. — *custodiae* = *custodibus*, s. c. 25, 7: *ex fuga Cannens.*, § 9 werden sie *subsidia* genannt, ihnen waren die *lixae* beigegeben. — *alia turba*, wahrscheinlich die § 8 erwähnten *invalidi milites*. — *adposita* hat sich an das nächste Subject angeschlossen, gehört aber auch zu den beiden andern; weniger gewöhnlich ist, dass dieses auch bei *fecerit*, wofür andere *fecerint* lesen, geschehen ist.

15. *ausim* praef. 1. — *quod quid. a. s.*, was einige Geschichtsschreiber berichten, s. 30, 26, 7: Z. § 385; dagegen heisst es 21, 38, 4: *ita quidam a. s.*; 2, 32, 3: *cuius Piso auctor est*; 2, 58, 1; 10 25, 12: *in utrumque auctores sunt.* — *duo m. e. o.*; anders Plut. Marc. 11: *λέγονται γὰρ ὑπὲρ πεντακισχιλίους ἀποθανεῖν* etc. — *amissis*, s. 1, 1, 2: *rege* — *amisso* 2, 47, 10; doch ist a. u. St. die Verbindung hart und unklar, und viell. *Romanum suorum amisisse* zu lesen; die Hdschrr. haben *romanorumamisissetsive*. — *vinci* — *vincentibus*; die *postea* entsprechende Zeitbestimmung, welche man erwarten müsste (schon in

illo bello gesta est: non vinci enim ab Hannibale vincentibus dif-
ficilius fuit quam postea vincere.

Hannibal spe potiundae Nolae adempta cum Acerras reces- 17
sisset, Marcellus extemplo clausis portis custodibusque dispositis,
ne quis egrederetur, quaestionem in foro de iis qui clam in con-
loquiis hostium fuerant habuit; supra septuaginta damnatos pro- 2
ditionis securi percussit, bonaque eorum iussit publica populi
Romani esse; et summa rerum senatui tradita cum exercitu omni 3
profectus supra Suessulam castris positis consedit. Poenus Acer- 4
ras primum ad voluntariam deditionem conatus perlicere, post-
quam obstinatos [inde] videt, obsidere atque oppugnare parat.
ceterum Acerranis plus animi quam virium erat. itaque despe- 5
rata tutela urbis ut circumvallari moenia viderunt, priusquam
continuarentur hostium opera, per intermissa munimenta negle- 6
ctasque custodias silentio noctis dilapsi, per vias inviaque, qua
quemque aut consilium aut error tulit, in urbes Campaniae, quas
satis certum erat non mutasse fidem, perfugerunt.

Hannibal Acerris direptis atque incensis, cum a Casino di- 7

späteren Hdsch. findet sich *tunc*), hat L. vielleicht absichtlich weggelassen, um den Gegensatz zwischen *non vinci* und *vincentibus* nicht zu schwächen, vergl. 28, 40, 14: *vincere ego prohibui Hannibalem ut a vobis — etiam vinci posset.* Zur Sache s. C. Brut. 3, 12: *post Cannensem illam calamitatem primum Marcelli ad Nolam proelio populus se Romanus erexit.* Für nicht so bedeutend scheinen den Sieg gehalten zu haben Polyb. 15, 16: *τὸν πρὸ τούτου χρόνον* (der Schlacht bei Zama) *ἀήττητος ὤν* (Hannibal); Diod. 29, 22; Cornel. Han. 5; vgl. Plut. Comp. Pelop. et Marcelli 1 extr.; Peter 1, 413.

17. 1—3. *spe—adempta*, 21, 5, 4. — *Acerras* zwischen Capua und Nola. — *qui clam* etc., sie werden, als proditores oder perduelles behandelt. Marcellus hält das Gericht, obgleich Nola ein selbständiger Staat ist, s. c. 15, 11, weil die Verräther das Bündniss mit Rom gebrochen haben. Ihre Güter werden daher auch für Rom eingezogen. — *summa — trad.*, es wurde eine aristokratische Verfassung eingerichtet, nach welcher der noch vorhandene Vertrag zwischen Nola u. Abella, s. Mommsen Unterit. Dial. S. 119 f., nicht vom Volke, sondern vom Senate geschlossen ist; vergl. c. 44, 1. — *super Suess.*, c. 14, 13; 31, 5: *castra Claudiana*, 25, 22, 6; ein wichtiger Punkt in der Nähe von Nola (château de Cancello) der den Zugang zu Campanien im Westen und Süden beherrschte.

4—6. *inde* ist wahrscheinlich verdorben. — *obstinatos*, Z. § 368. — *videt*, 21, 13, 4. — *continuar.* ehe die einzelnen Belagerungswerke sich an einander schlossen und eine zusammenhängende Kette bildeten, s. 25, 22, 10; 1, 44, 4. — *intermissa* wie 7, 36, 1. — *neglect.*, wo keine Wachen aufgestellt waren. — *per v. in.*, 21, 33, 4. — *qua q.*, c. 15, 5; 20, 7.

7—8. *a Casino*, dahin scheint der Dictator, s. c. 14, 4, vorgerückt zu sein um Latium zu decken; s. 22, 13, 5. Im Folg. haben die Hdschrr. *legionesque nimis accipi*, worin wahrscheinlich der Name einer

ctatorem Romanum legionesque * * accipi nuntiassent, ne quis
tam propinquis hostium castris Capuae quoque oreretur motus,
8 exercitum ad Casilinum ducit. Casilinum eo tempore quingenti
Praenestini habebant cum paucis Romanis Latinique nominis,
9 quos eodem audita Cannensis clades contulerat. hi non confecto
Praeneste ad diem dilectu serius profecti domo cum Casilinum
ante famam adversae pugnae venissent, et aliis adgregantibus sese
Romanis sociisque profecti a Casilino cum satis magno agmine
10 irent, avertit eos retro Casilinum nuntius Cannensis pugnae. ibi
cum dies aliquot suspecti Campanis timentesque cavendis ac
struendis in vicem insidiis traduxissent, ut de Capuae defectione
agi accipique Hannibalem satis pro certo habuere, interfectis nocte
oppidanis partem urbis quae cis Volturnum est — eo enim divi-
11 ditur amni — occupavere. idque praesidi Casilini habebant Ro-

Stadt liegt, in die der Dictator vorgerufen wurde, schwerlich aber Casilinum, weil sonst *eo*, nicht *ad Casilin.* folgen würde. — *nuntiass.*, n. man, 21, 38, 6. — *ne quis* etc. wahrscheinlich auch wegen der Wichtigkeit des Platzes, der das Vulturnusthal beherrschte, vergl. 22, 15, 3 f. — *Casilinum* etc. Marcellus müsste, wenn er wirklich nach Casil. gekommen ist, s. c. 14, 10, diese Besatzung vorgefunden und bei seinem Abzuge zurückgelassen haben. — *quingenti*, genauer c. 19, 17. Strabo 5, 10 p. 249. Die Pränestiner waren wie die Perusiner eine Cohorte, c. 18, 3; Marq. 3, 2, 304 f. — *contuler.*, hatte sie zusammengeführt.

9. *Praeneste*, 1, 2, 3; s. 8, 14, 9. — *ad diem*, es ist die 22, 38, 1 erwähnte Aushebung. — *hi non conf.*, die zur Erklärung von *quos — contul.* hinzugefügte Bemerkung ist etwas schleppend, da dreimal *Casilinum*, zweimal *profecti* wiederholt wird und zwei Sätze mit *cum* anfangen; da überdiess die Hdschrr. *aliis adgregantur* haben, so ist wahrscheinlich, dass L. anders geschrieben habe. — *aliis* ist in Bezug auf *Romanis* in dem 21, 46, 9 bemerkten Sinne zu nehmen; *sociis* sind die § 8 *Latini nominis* genannten, s. 22, 50, 7. — *avertit* bezeichnet wie auch sonst oft eine doppelte Beziehung: *avertit ab itinere suscepto et vertit retro*, s. 1, 40, 7 u. a.

10—11. *Campanis* sind wohl nicht die Bewohner von Capua sondern von Campanien, s. c. 20, 1; 35, 3: *Campanis omnibus*; 4, 37; 44; 7, 29; 9, 25; nach Festus p. 233: *praefecturae* 10 Städte; hier ist zunächst an das Heer derselben zu denken. — *timentes* n. *eos*, 6, 33, 9: *terrere una ac pavere*. — *cavendis* etc. bezieht sich chiastisch auf *timentes — suspecti*. — *invicem* bezeichnet entweder das reciproke Verhältniss, so dass *cavendis* etc. als abl. abs. zu nehmen ist, s. 4, 29, 3, vgl. Curt. 10, 16, 16: *invicem suspecti ac solliciti*; oder es geht nur auf die Pränestiner, die in dem ganzen Satze Subject sind: ihrerseits, 2, 12, 5: *populationum invicem ultor*; 23, 28, 4: *edoctus esset invicem*, vgl. Plato Rep. 3 p. 417, B.: *καὶ ἐπιβουλεύοντες καὶ ἐπιβουλευόμενοι διάξουσι πάντα τὸν βίον*. — *accipique*: aufgenommen werden solle, wie § 7, vgl. 5, 20, 1; 25, 29, 8: *tradi se Romanis rati*; 5, 18, 2: *refici apparebat* u. a. — *oppidanis*, nach c. 19, 2 nicht alle, sondern nur die unzuverlässigen, vgl. Zon. 9, 2. — *dividit*, 22, 15, 4. — *idque* geht auf

mani. additur et Perusina cohors, homines quadringenti sexa-
ginta, eodem nuntio quo Praenestini paucos ante dies Casilinum
conpulsi. et satis ferme armatorum ad tam exigua moenia et 12
flumine altera parte cincta tuenda erat: penuria frumenti, nimium
etiam ut videretur hominum, efficiebat.

Hannibal cum iam inde haud procul esset, Gaetulos cum 18
praefecto nomine Isalca praemittit, ac primo, si fiat conloquii
copia, verbis benignis ad portas aperiundas praesidiumque acci-
piendum perlicere iubet, si in pertinacia perstent, vi rem gerere
ac temptare, si qua parte invadere urbem possit. ubi ad moenia 2
accessere, quia silentium erat, solitudo visa; metuque concessum
barbarus ratus moliri portas et claustra refringere parat, cum pa- 3
tefactis repente portis cohortes duae, ad id ipsum instructae intus,
ingenti cum tumultu erumpunt, stragemque hostium faciunt. ita 4
primis repulsis Maharbal cum maiore robore virorum missus,
nec ipse eruptionem cohortium sustinuit. postremo Hannibal 5
castris ante ipsa moenia oppositis parvam urbem parvumque
praesidium summa vi atque omnibus copiis oppugnare parat. ac
dum instat lacessitque corona undique circumdatis moenibus,
aliquot milites et promptissimum quemque e muro turribusque
ictos amisit. semel ultro erumpentis agmine elephantorum op- 6
posito prope interclusit, trepidosque conpulit in urbem satis
multis ut ex tanta paucitate interfectis. plures cecidissent, ni nox
proelio intervenisset. postero die omnium animi ad oppugnan- 7
dum accenduntur, utique ipse dux castelli plano loco positi segnem
oppugnationem Sagunti expugnatoribus exprobrabat, Cannarum

§ 8 zurück. — *additur*, zufällig. — *Perusina*, 9, 37, 12.

12. *satis f.* ziemlich, in bedeutendem Grade, genug. — *moenia* in Bezug auf *exigua* die Mauern selbst; in Rücksicht auf *cincta*, da am Flusse hin schwerlich eine Mauer war, der von Mauern eingeschlossene Ort.—

18. 1—2. *iam inde* etc. Hannibal muss also über den Fluss gesetzt sein. — *si in*, 3, 67, 5. — *vi rem*, Verbesserung Heerwagens st. *utrem*. — *solitudo* 27, 42, 12; 10, 34, 6: *ut silentium vastum in urbe nec arma nec viros in turribus vidit — referunt excessum urbe; solitudine haud dubia id perspicuum esse.* — *moliri* forciren.

4—7. *robore vir.*, 21, 54, 3. — *nec ipse*, gleichfalls (auch er) nicht, ohne Negation *et ipse*, vgl. 34, 32, 9. — *ante i. m. o.* unmittelbar vor der Mauer (den Feinden entgegen) aufgeschlagen hatte. — *et prompt.* und zwar u. s. w. — *elephantorum*, wahrscheinlich hat L. zu bemerken unterlassen, dass H. Verstärkung aus Africa erhalten habe, s. Nieb. 2, 105. oder folgt hier anderen Quellen als 22, 2, 11; in jedem Fall ist nicht zulässig *caetratorum* oder *cataphractorum* statt *elephantorum* zu schreiben. — *ultro* sie ergreifen die Offensive; 21, 1, 3. — *oppugnandum* absolut, 10, 43, 2 u. a. — *corona m.* s. 6, 20, 7. — *exprobrabat* nach *postquam proposita est*, s. 2, 7, 3: *postquam inluxit nec — in*

8 Trasumennique et Trebiae singulos admonens universosque: inde
9 vineae quoque coeptae agi cuniculique. nec ad varios conatus
hostium aut vis ulla aut ars deerat: socii Romanorum propugna-
cula adversus vineas statuere, transversis cuniculis hostium cuni-
culos excipere, et palam et clam coeptis obviam ire, donec pudor
etiam Hannibalem ab incepto avertit, castrisque conmunitis ac
praesidio modico inposito, ne omissa res videretur, in hiberna
Capuam concessit.
10 Ibi partem maiorem hiemis exercitum in tectis habuit, ad-
versus omnia humana mala saepe ac diu duratum, bonis inex-
11 pertum atque insuetum. itaque quos nulla mali vicerat vis, per-
didere nimia bona ac voluptates inmodicae; et eo inpensius, quo
12 avidius ex insolentia in eas se merserant. somnus enim et vinum
et epulae et scorta balineaque et otium consuetudine in dies blan-
dius ita enervaverunt corpora animosque, ut magis deinde prae-
13 teritae victoriae eos quam praesentes tutarentur vires, maiusque
id peccatum ducis apud peritos artium militarium haberetur,

conspectu erat; 39, 53, 10: *postquam—legati venerunt et cogebantur* u. a., umgekehrt 6, 30, 7: *postquam — adferebantur et apparuit.* — *admonens* indem er dabei.

8—9. *inde*, nun wurden, als Folge der Vorhergeh. — *cuniculi* Minen und Contreminen waren ein gewöhnliches Angriffs- und Vertheidigungsmittel, s. 4, 22; 5, 19; 21; 36, 25, 4: *Macedones cuniculis oppugnabant.* — *nec ad* etc.: indess fehlte es gegen die Unternehmungen der Feinde nicht an Kraft oder Kriegskunst, die Bundesgenossen der R. nämlich errichteten (wie es die Römer selbst würden gethan haben) u. s. w. Gron. vermuthet: *sociis Romanorum. Prop.* — *propugn.* sind hier wol nicht Aussenwerke s. Reallexicon: *Belagerung*, S. 146, sondern Vorbauten an der Mauer und Thürme, s. 24, 1, 3; 30, 9, 4: *muri—propugnaculis armabantur;* Tac. H. 4, 23: *crates, vineasque parantibus adactae tormentis ardentes hastae*, dieses oder Aehnliches soll wahrscheinlich auch a. u. St. gedacht werden. — *transversis:* quer vor den feindlichen her; anders 38, 7, 9, s. Aeneas Tact. Poliorcet c. 37. — *donec*, dieses dauerte so lange bis, s. 21, 46, 7. — *pudor et.* ausserdem, dass er durch Belagerungswerke nichts ausrichtete. — *concessit*, der Wechsel des Subjectes ist hier nicht störend.

10—13. *in tectis*, nicht *sub pellibus*, § 15. — *saepe* in vielen Verhältnissen, bei vielen Gelegenheiten. — *duratum*, 7, 29, 5: *fluentes luxu ab duratis usu armorum;* 30, 28, 5. — *bonis* ist wol als Abl. zu nehmen, s. Tac. H. 1, 8: *bellis inexpertum*, und *insuetus* s. 28, 18, 6: *insuetum moribus Romanis* wie *adsuetus* s. 31, 35, 3; Colum. 6, 4: *tantumdem aquae admisceas et ea pecus insuescas*, construirt, da auch sonst oft der Abl. mit dem bei *insuetus* nicht ungewöhnlichen Genetiv s. Caes. B. C. 1, 44; B. G. 4, 6 u. a., wechselt. Andere betrachten *bonis* als Dativ, weil L. beide Ausdrücke bisweilen mit *ad* verbindet, s. 6, 18, 4; ib. 34, 6. — *ex insol.* 21, 39, 2: nach einem Leben voll Entbehrungen. — *consuetudo* etc. s. Tac. Agr. 3: *subit—etiam ipsius inertiae dulcedo, et invisa primo*

quam quod non ex Cannensi acie protinus ad urbem Romanam duxisset. illa enim cunctatio distulisse modo victoriam videri
potuit, hic error vires ademisse ad vincendum. itaque hercule, 14
velut si cum alio exercitu a Capua exiret, nihil usquam pristinae
disciplinae tenuit. nam et redierunt plerique scortis inpliciti, 15
et ubi primum sub pellibus haberi coepti sunt viaque et alius militaris labor excepit, tironum modo corporibus animisque de-
ficiebant; et deinde per omne aestivorum tempus magna pars 16
sine commeatibus ab signis dilabebantur, neque aliae latebrae quam Capua desertoribus erant.

Ceterum mitescente iam hieme educto ex hibernis milite **19**
Casilinum redit. ubi quamquam ab oppugnatione cessatum erat, 2
obsidio tamen continua oppidanos praesidiumque ad ultimum
inopiae adduxerat. castris Romanis Tib. Sempronius praeerat 3
dictatore auspiciorum repetendorum causa profecto Romam.
Marcellum et ipsum cupientem ferre auxilium obsessis et Voltur- 4
nus amnis inflatus aquis et preces Nolanorum atque Acerranorum tenebant, Campanos timentium, si praesidium Romanum
abscessisset. Gracchus adsidens tantum Casilino, quia praedi- 5
ctum erat dictatoris, ne quid absente eo rei gereret, nihil movebat,

desidia (s. L. 22, 9, 5) *postremo amatur*. — *duxisset* nach der Ansicht der Kriegskundigen. — *error* ein Fehler aus Irrthum. — L. hat wie andere Historiker ohne die übrigen Verhältnisse, welche Hannibal lähmten, zu beachten, die Folgen des Aufenthaltes in Capua in grellen Farben geschildert.

14—16. *a Cap.*, 21,13,7. — *usquam* in irgend einer Beziehung. — *tenuit* konnte aufrecht halten, s. 4, 10, 8, vgl. dagegen Polyb. 11, 19. — *inpliciti*, konnten sich nicht trennen, deutet zugleich den nachtheiligen Einfluss dieser Verhältnisse an. — *sub. pell.* nicht in Winterquartieren, sondern: unter Zelten, nach dem Auszuge aus der Stadt, c. 19, 1; vgl. Marq. 3, 2, 322. dasselbe liegt in *omne aestiv. tempus*. — *excepit* 21, 48, 8. — *deficiebant*, es fehlte ihnen an Energie, s. 22, 2, 6, steht chiastisch zu *redierunt*. — *quam Cap.*, vgl. 7, 38.

19. 1—3. *ex hibern.*, aus Capua, daher c. 18, 10: *maiorem partem*. — *oppidan.*, c. 17, 10. — *Tib. Sempr.*, s. 22, 57, 9. — *castris R.* dieses ist nach dem Folg. östlich von Casilinum nach Caiatia zu zu denken; später, c. 24, 5 ist es bei Teanum. Warum die Römer den ganzen Winter über (die Noth in der Stadt kann nicht plötzlich entstanden sein) nichts gethan haben um Casilinum zu entsetzen, geht aus L's. Darstellung nicht hervor; s. Zon. 9, 3. — *auspic. r.* 8, 30, 2.

4—5. *et ips.*, wie Gracchus, was vorher nur angedeutet, und erst § 5 bestimmter bezeichnet wird. — *Acerranos*, da H. Acerrae, c. 17, 7, in Brand gesteckt hat, so kann, wenn anders die Lesart richtig ist, angenommen werden, dass L. die Sache oben übertrieben habe, oder dass die Acerraner unter dem Schutze des Marcellus in ihre Stadt zurückgekehrt sind. — *adsidens*, unthätig. — *apud:* in der Nähe. — *praedictum*, er hatte bei seinem Weg-

quamquam quae facile omnem patientiam vincerent nuntiabantur
6 a Casilino: nam et praecipitasse se quosdam non tolerantes famem
constabat, et stare inermes in muris nuda corpora ad missilium
7 telorum ictus praebentes. ea aegre patiens Gracchus, cum neque
pugnam conserere dictatoris iniussu auderet — pugnandum autem
8 esse, si palam frumentum inportaret, videbat — neque clam inportandi spes esset, farre ex agris circa undique convecto cum
conplura dolia conplesset, nuntium ad magistratum Casilinum
9 misit, ut exciperent dolia quae amnis deferret. insequenti nocte
intentis omnibus in flumen ac spem ab nuntio Romano factam
dolia medio missa amni defluxerunt; aequaliterque inter omnes
10 frumentum divisum. id postero quoque die ac tertio factum est:
nocte et mittebantur et perveniebant; eo custodias hostium falle-
11 bant. imbribus deinde continuis citatior solito amnis transverso
vertice dolia inpulit ad ripam quam hostes servabant. ibi haerentia inter obnata ripis salicta conspiciuntur; nuntiatumque Hannibali est, et deinde intentiore custodia cautum, ne quid falleret
12 Volturno ad urbem missum. nuces tamen fusae ab Romanis ca-
stris cum medio amni ad Casilinum defluerent, cratibus excipieban-
13 tur. postremo ad id ventum inopiae est, ut lora detractasque

gange den Befehl hinterlassen, s. 2, 10, 4; 39, 19, 2: *magistratibus Ardeatium praedicendum, ut intentiore cura eum adservarent*; Tac. Ann. 13, 36: *ne pugnam priores adirent praedixit; praedict.* ist wie *edictum* substantivisch gebraucht. — *eo* nicht *se*, weil vorher nicht der Dictator Object ist. — *movebat*, rührte sich nicht, unternahm nichts. — *vincerent* Potentialis der Vergangenheit.

6—8. *praecipitasse se*, aus dem Folg. ist *de muro* hinzuzudenken, obgleich die Ergänzung, wegen des dazwischenstehenden *constabat*, hier härter ist als an ähnlichen Stellen, s. 21, 17, 4; 25, 8, 9: *consuetudine nocte egrediundi redeundique in urbem*, vgl. 4, 12, 11. — *ad ictus*, 4, 35, 10. — *inportar.*, wenn er — wollte. — *magistrat.*, es ist wol der städtische Magistrat zu verstehen, s. c. 10, 5, nicht der § 17 erwähnte *praetor*. — *Casilinum*, zu Casil., s. 21, 49, 3; vgl. 7, 5, 3: *domum ad M. Pomponium*, vgl. 5, 47, 7. — *convecto cum conpl. conpless.*, solche Gleichklänge am Anfange der Worte hat L. an manchen Stellen nicht gemieden.

10—11. *pervenieb.*, 22, 18, 2. — *obnata*, das Wort findet sich nur hier, wie das § 14 gebrauchte *obarare*. — *ripis:* an den Ufern, s. 1, 34, 7. — *nuntiatq.* etc. vertritt einen Nebensatz; das Object ist oft bei *nuntiare* aus dem Zusammenhange zu entnehmen. — *intentiore cust.*, Front. 3, 14, 2: *quibus (doliis) cum obiecta per medium amnem catena Hannibal obstitisset, nuces sparsere*. Nach Front. hat also H. beide Ufer besetzt, L. denkt bei *quam h. serv.*, zunächst an das nördliche. — *missum* = si mitteretur, s. 10, 14, 4.

12—13. *nuces*, Fest. p. 173: *Nuculas Praenestinos antiqui appellabant, quod inclusi a Poenis Casilini famem nucibus sustentaverunt.* — *fus. a. R. c.*, in diesem in

scutis pelles, ubi fervida mollissent aqua, mandere conarentur,
nec muribus aliove animali abstinerent, et omne herbarum radi-
cumque genus aggeribus infimis muri eruerent. et cum hostes 14
obarassent quidquid herbidi terreni extra murum erat, raporum
semen iniecerunt, ut Hannibal „eone usque, dum ea nascantur,
ad Casilinum sessurus sum?“ exclamaret: et qui nullam antea 15
pactionem auribus admiserat, tum demum agi secum est passus
de redemptione liberorum capitum. septunces auri in singulos 16
pretium convenit. fide accepta tradiderunt sese. donec omne 17
aurum persolutum est, in vinculis habiti; tum remissi Cumas
cum fide. id verius est quam ab equite in abeuntis inmisso in-
terfectos. Praenestini maxima pars fuere. ex quingentis septua-
ginta, qui in praesidio fuerunt, minus dimidium ferrum famesque

den Fluss geschüttet, und von da herabfliessend. — *ubi—moll.*, 21, 42, 3. — *muribus*, Front. 4, 6, 20: *ut centum denariis murem venisse proditum memoriae sit.* — *agger. inf.*, an verschiedenen Stellen unten am Walle.

14. *hostes ob.*, ebenso erzählt die Sache Frontin. 3, 15, 3: *cum etiam herbas alimentis eorum Hannibal saepe arato loco, qui erat inter castra ipsius et moenia, praeriperet, semina in praeparatum locum iecerunt, consecuti, ut habere viderentur, quo victum sustentarent usque ad satorum proventum;* s. Zon. 9, 3; Strabo 5, 10, p. 249: *ἰδὼν δ' αὐτοὺς πλησίον τοῦ τείχους σπείροντας γογγύλην ἐθαύμαζεν — ὁ Ἀννίβας.* Es dürfte daher, obgleich sich schwer begreifen lässt, wie die Besatzung auf einem vom Feinde beherrschten Platze habe Lebensmittel holen, oder die Punier bis an die Mauern das Feld aufackern können, da die näheren Umstände der Sache nicht bekannt sind, und das Säen der Rüben nicht in der von Front. angegebenen Absicht, sondern nur geschehen sein kann um den Feind zu täuschen oder zu höhnen, s. 5, 48, 4, bedenklich sein mit Voss und Madvig *hostes* als unächt zu tilgen. — *herbidi terr.*, „grasiges Erdreich“, da jedoch die älteste Hdschr. *herbiterreni* hat, so kann L. auch ein anderes Adject. zu dem substantivisch gebrauchten *terrenum*, s. 8, 10, 13, gesetzt haben. — *eone usq.*, Frage des Unwillens und der Beschämung, deren Bitterkeit noch erhöht wird durch *sessurus sum*, vgl. 3, 65, 4.

15—17. *et*, und so. — *libera c.*, vgl. 22, 52, 3, wo auch Sclaven erwähnt werden. — *septunces*, 7/12 Pfd., etwa 162 Thl. — *fide acc.*, die eidliche Zusicherung; dagegen nachher *cum fide*, treulich, wie es versprochen war; um anzudeuten dass sich beide Ausdrücke entsprechen, sind sie chiastisch und mit Nachdruck an den Anfang und das Ende der Periode gestellt. — *Cumas* haben alle Hdschrr., und man könnte dabei an die Bewohner von Casilinum denken, welche dahin zu gehen gewünscht hätten, s. c. 31, 10; allein das Folg. zeigt, dass L. die Besatzung im Auge hat; und da ist ebensowenig abzusehen, warum diese erst nach Cumae gegangen sei, als wie *remissi* gebraucht werden konnte, da die Truppen nicht daher gekommen sind. Wenn kein Missverständniss L.'s zu Grunde liegt, ist viell. *domos* zu lesen. — *maior.*, ausser den Römern und Perusinern. — *fuerant*, auch in Relativsätzen findet sich bisweilen das Perfect.,

absumpsit; ceteri incolumes Praeneste cum praetore suo M. Ani-
18 cio — scriba is antea fuerat — redierunt. statua eius indicio fuit, Praeneste in foro statuta, loricata, amicta toga, velato capite, [et tria signa] cum titulo lamnae aeneae inscripto, M. Anicium pro militibus, qui Casilini in praesidio fuerint, votum vovisse. idem
20 titulus tribus signis in aede Fortunae positis fuit subiectus. Casilinum oppidum redditum Campanis est, firmatum septingentorum militum de exercitu Hannibalis praesidio, ne ubi Poenus inde
2 abscessisset Romani oppugnarent. Praenestinis militibus senatus Romanus duplex stipendium et quinquenni militiae vacationem decrevit. civitate cum donarentur ob virtutem, non mutaverunt.

wo wir das Plusqprf. erwarten, s. 25, 29, 9: *quosque fors obtulit irati interfecere;* 29, 23, 2: *adiecerunt societatem Syphacis, cuius maxime fiducia traiecturum — Romanum crediderunt,* u. a. — *minus,* nicht ganz die Hälfte, wie *minus* auch sonst bezeichnet, dass ein gewisses Mass nicht erreicht sei, s. c. 46, 4; 35, 51, 1: *minus quattuor milium.* — *praetores.*, s. 8, 11, 4; 9, 16, 17, er ist nicht praefectus, sondern der in Präneste bestimmte Befehlshaber *(praetor)*, der die Cohorte in das röm. Lager führen sollte. — *M. Anicio* so Heusinger, die Hdschrr. haben *Manicio*, was sich sonst nicht findet. — *scriba*, 9, 46.

18. *fuit*, sie existirte nicht mehr. — *loricata* etc. mit dem Panzer unter der Toga. — *velato c.* die Gelübde wurden wie die Gebete gewöhnlich mit verhülltem Haupte gesprochen; vgl. 1, 36, 5. — *et tr. sign.*, die Worte sind nach Ulrich wahrscheinlich ein aus dem Folg. entstandenes Glossem; denn dieselben lassen den Zweck der Statue nicht erkennen, und es wäre unklar, wie die Erzplatte an allen drei Götterbildern zugleich habe sein können. — *pro*, für die Erhaltung, wie *pro incolumitate*, *pro reditu vota facere* u. ä. — *Fortunae*, s. 41, 1; der Tempel und Cultus dieser Fort. war im Alterthume berühmt. — *fuit subi.*, s. 1, 19, 3. — Die Begebenheit ist so ausführlich erzählt, weil sie die Treue der Bundesgenossen Roms anschaulich macht s. c. 10, 13; Einleit. S. 11.

20. 1—2. *reddit. Camp.*, diesen war wol der wichtige, da wo das jetzige Capua steht, gelegene Ort, von den Römern genommen worden. — *Campani*, sind auch hier wahrscheinlich die Bewohner Campaniens, c. 17, 10. — *duplex st.* vgl. 2, 59, 11: *duplicarii*, a. u. St. ist der doppelte Sold für den Feldzug gemeint, der aber aus dem römischen aerarium, nicht wie sonst von den Bundesgenossen gezahlt wird, vgl. 30, 16, 12; 37, 59, 6 u. a.; Marq. 3, 2, 439. — *militiae* bildet mit *vacatio* seinen Begriff, der wieder durch *quinquenni* bestimmt wird: eine fünfjährige Freiheit vom Kriegsdienste, s. c. 49; Marq. l. l., 289. — *civitate* n. *Romana.* — *donarentur*, die Römer boten wirklich das Geschenk an, allein da die Annahme verweigert wurde, blieb es bei dem Willen der Gebenden. Die Annahme der civitas sollte überhaupt nicht erzwungen werden, s. a. Cic. Balb. c. 13; 8, 21; 11, 27, sondern wenn sie angeboten wurde, in Folge freier Entschliessung erfolgen. Diese wurde von Einzelnen, wie an u. St., durch eine bestimmte Erklärung, von Staaten durch ein besonderes Gesetz *(fundi populi fiunt)* gegeben. — *non mut.*, der

Perusinorum casus obscurior fama est, qui nec ipsorum monu- 3
mento ullo est inlustratus nec decreto Romanorum.

Eodem tempore Petelinos, qui uni ex Bruttis manserant in 4
amicitia Romana, non Carthaginienses modo, qui regionem obtinebant, sed Brutti quoque ceteri ob separata ab se consilia oppugnabant. quibus cum obsistere malis nequirent Petelini, legatos 5
Romam ad praesidium petendum miserunt. quorum preces lacrimaeque — in questus enim flebiles, cum sibimet ipsi consulere iussi sunt, sese in vestibulo curiae profuderunt — ingentem misericordiam patribus ac populo moverunt. consultique iterum 6
a M. Aemilio praetore patres circumspectis omnibus imperi viribus fateri coacti, nihil iam longinquis sociis in se praesidi esse, redire domum fideque ad ultimum expleta consulere sibimet ipsos in reliquum *pro* praesenti fortuna iusserunt. haec postquam re- 7
nuntiata legatio Petelinis est, tantus repente maeror pavorque senatum eorum cepit, ut pars profugiendi, qua quisque posset, ac deserendae urbis auctores essent, pars, quando deserti a ve- 8
teribus sociis essent, adiungendi se ceteris Bruttis ac per eos dedendi Hannibali. vicit tamen ea pars, quae nihil raptim nec 9
temere agendum consulendumque de integro censuit. relata postero die per minorem trepidationem re tenuerunt optimates, ut convectis omnibus ex agris urbem ac muros firmarent.

Uebergang aus dem einen Staate in das Bürgerrecht des anderen hiess *civitatis mutatio*. Präneste war eine freie Stadt, die *suas leges* hatte, s. 8, 14, 9; hätten die hier erwähnten das röm. Bürgerrecht angenommen, so hätten sie aus dem Bürgerverbande ihrer Stadt treten und römisches Recht annehmen müssen, s. Cic. Balb. c. 13.

4—6. *Petelini*, Petelia an der Ostküste von Bruttium; auf einer steilen Höhe, jetzt Strongoli. — *uni* stimmt weder mit 22, 61 noch mit 23, 30 überein. Doch scheint L. die an der letzten Stelle erwähnten griechischen Städte von den Bruttiern getrennt zu haben, s. c. 41; 46; 24, 1. — *ab se.*, 21, 11, 2. — *ac pop.*, das die Gesandten, wenn sie in dem Vestibulum waren, von dem Comitium aus sehen konnte. — *consult. it.*, derselbe Gegenstand wurde in einer zweiten Senatssitzung zur Berathung gebracht. — *M. Aemilio*, im ersten Jahre des Krieges war ein M. Aemilius, im zweiten M. Aemilius Regillus Prätor s. 21, 49; 51; 22, 33, im dritten s. 22, 35 kein Aemilius. Wenn dieser nicht im Laufe des Jahres nachgewählt ist, so muss ein Irrthum L.'s angenommen werden, nicht der Abschreiber, die nicht auch c. 22, 4 in demselben Namen geirrt haben würden. Gewöhnlich wird *M.' Pomponio* gelesen. — *in reliq.* in Zukunft, 3, 21, 2 u. a. — *pro pr. f.*, nach den vorliegenden Verhältnissen; *pro* hat Madvig hinzugefügt.

7—9. *renunt. leg.*, c. 6, 3. — *per eos* durch ihre Vermittelung. — *agendum* geht auf den ersten; *consulend.* auf den zweiten Vorschlag. Ueber *que* wo *sed* zu erwarten wäre, s. c. 7, 11: *diemque ut.* — *per* unter, bei. — *tenuerunt*, sie setzten durch. — *optimates* die angesehen-

21 Per idem fere tempus litterae ex Sicilia Sardiniaque Romam
2 adlatae. priores ex Sicilia T. Otacili propraetoris in senatu recitatae sunt: P. Furium praetorem cum classe ex Africa Lilybaeum venisse. ipsum graviter saucium in discrimine ultimo vitae esse. militi ac navalibus sociis neque stipendium neque fru-
3 mentum ad diem dari; neque unde detur esse. magnopere suadere, ut quam primum ea mittantur; sibique, si ita videatur, ex
4 novis praetoribus successorem mittant. eademque ferme de stipendio frumentoque ab A. Cornelio Mammula propraetore ex Sardinia scripta. responsum utrique non esse unde mitteretur,
5 iussique ipsi classibus atque exercitibus suis consulere. T. Otacilius ad unicum subsidium populi Romani Hieronem legatos cum misisset, in stipendium quanti argenti opus fuit et sex mensum frumentum accepit: Cornelio in Sardinia civitates sociae be-
6 nigne contulerunt. et Romae quoque propter penuriam argenti triumviri mensarii, rogatione M. Minuci tribuni plebis facti, L. Aemilius Papus, qui consul censorque fuerat, et M. Atilius Re-

sten im Senate, Cic. Sest. 45, 97. — *omnibus*, 21, 11, 12. — *ac mur.* fügt das gerade besonders in Betracht Kommende hinzu.

21—24, 5. Anordnungen und Einrichtungen in Rom; Plut. Fab. M. 9; Val. Max. 7, 6, 2.

1—2. *ex Sicil.* steht wie im Folg. zunächst mit *litterae*, doch auch mit *adlatae* in Beziehung, vgl. Z. § 686. — *Furium* etc., obgleich L. denselben 22, 57, 8 erwähnt, so hat er doch die Expedition selbst nicht berührt. — *ipsum* im Gegensatze zu *militi ac n. s.* — *stipend.* der jährige oder halbjährige Sold; das Getraide wurde nach Polyb. 6, 39 s. L. 44, 2, 4: *menstruum iusso milite secum ferre;* 26, 35, 3 monatlich gegeben, Marq. 3, 2, 78; 89; so dass der Termin (*ad diem*) für beides nicht gerade zusammenfallen muss. Wenn § 5 Getraide auf 6 Monate erwähnt wird, s. 9, 43, 6, so wurde dieses in Magazinen aufbewahrt.

3—5. *mittantur*, auf die Anordnung des Senats, *mittant* durch diesen selbst. — *si ita v.*, 22, 33, 9. — *novis* den 22, 35 gewählten, von welchen Marcellus nach Sicilien bestimmt gewesen war. — *Cornelio*, s. zu 22, 9, 11; ib. 25, 6; wann er als Proprätor nach Sicilien gegangen sei, hat L. nicht berichtet. — *quanti* = *tantum argenti quanti*, Z. § 464 A. 1. — *mensum*, 3, 24, 4. — *sociae*, wie c. 40, 8: *sociorum populi R.;* andere waren also noch unabhängig. — *benigne c.*, wahrscheinlich war es nach 32, 9 eine erzwungene Lieferung von Getraide und Zahlung von Geld, s. Marq. 3, 2, 154; ib. 1, 79.

6. *et R. q.*, *et* knüpft den ganzen Satz an, *quoque* bezieht sich auf den mehr angedeuteten Gedanken: wie man in den Provinzen der Geldverlegenheit abzuhelfen suchte, so auch in Rom selbst. — *triumv. m.*, es wird eine Staatsbank eröffnet, an der gegen Bürgen, 7, 21, 8; 22, 60, 4, Geld, welches im Privatverkehre fehlte, geliehen werden kann, s. 24, 18, 12; 26, 36, 8; Marq. 3, 2, 54. — *rogatione*, die Zustimmung des Senates ist wol nur übergangen. — *Aemilius* war 529 Consul mit Atilius, 22, 40, 6; 534 mit C. Flaminius Censor. Gewöhnlich werden zu triumviri mensarii angesehene Männer gewählt.

gulus, qui bis consul fuerat, et L. Scribonius Libo, qui tum tri-
bunus plebis erat. et duumviri creati M. et C. Atilii aedem Con- 7
cordiae, quam L. Manlius praetor voverat, dedicaverunt. et tres
pontifices creati, Q. Caecilius Metellus et Q. Fabius Maximus et
Q. Fulvius Flaccus, in locum P. Scantini demortui et L. Aemili
Pauli consulis et Q. Aeli Paeti, qui ceciderant pugna Cannensi.

Cum cetera, quae continuis cladibus fortuna minuerat, **22**
quantum consiliis humanis adsequi poterant, patres explessent,
tandem se quoque et solitudinem curiae paucitatemque conveni- 2
entium ad publicum consilium respexerunt. neque enim post L. 3
Aemilium et C. Flaminium censores senatus lectus fuerat, cum
tantum senatorum adversae pugnae, ad hoc sui quemque casus
per quinquennium absumpsissent. cum de ea re M. Aemilius 4
praetor, dictatore post Casilinum amissum profecto iam ad exer-
citum, exposcentibus cunctis rettulisset, tum Sp. Carvilius, cum
longa oratione non solum inopiam *senatorum* sed paucitatem

7. *duumviri*, 22, 9. — *Atilii*, c. 8, 1. Zur Sache 22, 33, 7. — *creati* durch Cooptation des Collegium, 10, 8, 3: *nominentur;* ib. 9, 2. — *demortui* wird mehrfach von dem Tode von Mitgliedern eines Collegium oder des Senates gebraucht. — *qui cecid.*, sie hatten wahrscheinlich freiwillig an dem Kriege Theil genommen, s. 22, 49, 16, denn sonst sind, ausgenommen bei tumultus, die Priester vom Kriegsdienste frei, Marq. 3, 2, 289. Die Wahl der Priester erwähnt L. sonst gewöhnlich bei der der Consuln, in dem vorliegenden ausserordentlichen Falle ist sie mit der der Duumvirn verbunden.

22. 1—3. *explessent*, s. c. 5, 5. — *post. L. Aem.* es sind die c. 21, 6 erwähnten, s. Epit. 20. — *lectus f.*, s. 4, 8, 2; Becker 2, 2, 390 ff. — *sui q. c.*, Zufälle, welche nur die Einzelnen treffen, im Gegensatze zu öffentlichem Unglück: *adversae pugnae;* 22, 49, 16: Tac. Agr. 3: *multi fortuitis casibus — interciderunt.* — *quinq.*, das laufende Jahr ist erst das fünfte, s. c. 21, 6.

4—5. *Aemilius*, c. 20, 6. — *dictat.* etc., s. c. 19, 3, er scheint längere Zeit in Rom gewesen zu sein; wäre er jetzt noch anwesend, so würde er selbst die Sache zur Berathung gebracht haben. — *Carvil.* (Ruga), 520, dann 526 mit Q. Fabius Maximus Consul: Cic. Cat. m. 4, 11; Vell. Pat. 2, 128. — *longa or.*, um seinen Antrag zu motiviren. — *inopiam* etc. könnte wol auf *civium* bezogen und künstlich so erklärt werden: nicht allein die gedrückte Lage der Bürger, c. 21, 6, so dass schon der Vermögensverhältnisse wegen, s. 21, 59, 10 u. 63, 4, nur wenige in den Senat gewählt werden konnten, sondern auch, wenn man von dem Vermögen absehen wollte, die geringe Zahl derselben, weil den meisten andere, für den Senator erforderliche Eigenschaften fehlten u. s. w.; allein das Zweite würde immer das Erste als unnöthig erscheinen lassen, um so mehr da c. 23 auf das Vermögen keine Rücksicht genommen wird. Viel wahrscheinlicher ist, dass der Redner eine Steigerung des § 2 ausgesprochenen Gedankens geben und neben der geringen Zahl der Senatoren die Schwierigkeit die Lücken im Senate, bei dessen Ergänzung das Vermögen wenigstens

etiam civium, ex quibus in patres legerentur, conquestus esset,
5 explendi senatus causa et iungendi artius Latini nominis cum populo Romano magnopere se suadere dixit, ut ex singulis populis Latinorum binis senatoribus, *quibus* patres Romani censuissent, civitas daretur atque in demortuorum locum in sena-
6 tum legerentur. eam sententiam haud aequioribus animis quam
7 ipsorum quondam postulatum Latinorum patres audierunt; et cum fremitus indignantium tota curia esset, et praecipue T. Manlius esse etiam nunc eius stirpis virum diceret, ex qua quondam in Capitolio consul minatus esset Latinum, quem in curia vidis-
8 set, eum sua manu se interfecturum, Q. Fabius Maximus numquam rei ullius alieniore tempore mentionem factam in senatu dicit, quam inter tam suspensos sociorum animos incertamque
9 fidem id actum, quod insuper sollicitaret eos. eam unius hominis temerariam vocem silentio omnium extinguendam esse; et, si quid umquam arcani sanctive ad silendum in curia fuerit, id omnium maxime tegendum, occulendum, obliviscendum, pro non
10 dicto habendum esse. ita eius rei oppressa mentio est. dictatorem, qui censor ante fuisset, vetustissimusque ex his qui viverent

nicht das einzige Moment war, worauf gesehen wurde, s. Becker 2, 2, 393, wieder auszufüllen bezeichnen will. Da es nun kaum glaublich ist, dass L. bei *inopiam* das nothwendige *senatorum* nur habe gedacht wissen wollen, so ist wol anzunehmen, dass das Wort nicht vollständig geschrieben war und vor *sed* ausgefallen ist. — *inop. sen.*, s. 22, 57, 11: *inopia liberorum capitum;* 25, 5, 5: *inopia iuniorum;* Sall. I. 86, 3: *inopia bonorum;* Cic. Att. 1, 16, 3: *egestas iudicum.* — *explendi* wie § 1: vollzählig machen.— *quibus* hat Voss hinzugefügt: n. *civitatem esse dandam*, so dass der röm. Senat bestimmt, welche Senatoren aus den latinischen Staaten (besonders wol den lat. Colonien) das röm. Bürgerrecht erhalten sollen. — *patr. Rom.*, 22, 32, 7; 3, 68, 6. — *legerentur*, durch die Censoren, während das Volk das Bürgerrecht ertheilt haben würde.

6—9. *quam ips.*, 8, 5, 7. —*fremitus ind.*, Schrei des Unwillens. — *Manlius*, wahrscheinlich der 22, 60 genannte. — *ex qua* n. *oriundus*, was jedoch schon durch *ex* angedeutet ist. — *inter*, während sie seien. Zur Sache 22, 61, 10. — *id actum*, dieses vorgebracht, darauf angetragen, wie *actio*, 2, 56, 4. Andere lesen *id tactum.* — *sollicitaret*, aufregen müsse, wenn der einmal gestellte Antrag nicht durchginge, wie später das Gesetz des Drusus, Epit. 71. — *si quid* etc., weil überhaupt die Verhandlungen des Senates verschwiegen bleiben sollten, Val. Max. 2, 2, 1; Becker 2, 2, 421. — *ad silend.*, 21, 25, 6, doch ist der Gebrauch von *ad* hier freier als sonst. — *fuerit* vorgekommen, besprochen worden wäre. — *id omn.* etc., statt einfach *esse* hinzuzufügen, führt der Redner den Hauptbegriff der Verheimlichung in vier Gliedern aus, von denen die beiden ersten das Geheimhalten gegen Andere, die beiden letzten *obliviscend.* etc. das gänzliche Vergessen und Unbeachtetlassen der Anwesenden selbst bezeichnen.

10—11. *censor*, der zu erwäh-

censoriis esset, creari placuit, qui senatum legeret, accirique C.
Terentium consulem ad dictatorem dicendum iusserunt. qui ex 11
Apulia relicto ibi praesidio cum magnis itineribus Romam redis-
set, nocte proxima, ut mos erat, M. Fabium Buteonem ex sena-
tus consulto sine magistro equitum dictatorem in sex menses
dixit. Is ubi cum lictoribus in Rostra escendit, neque duos di- 23
ctatores tempore uno, quod numquam antea factum esset, pro-
bare se dixit, neque dictatorem se sine magistro equitum nec 2
censoriam vim uni permissam, et eidem iterum, nec dictatori nisi

lende soll das thun was sonst den Censoren zukommt. — *vetustissimus*, der am längsten censorius gewesen, unter den gewesenen Censoren, die am Leben seien (*viverent*), am frühesten die Censur bekleidet habe. — *creari pl.*, es ist der Senatsbeschluss über die Wahl. — *nocte pr.*, 8, 23, 15; 9, 38, 14. — *Fabium*, er war 509 Consul, wahrscheinlich 513 Censor gewesen: vgl. auch Oros. 4, 13: *Fabius censorius Fabium Buteonem, filium suum, furti insimulatum interfecit.* — *ex sen.*, in dem Senatsbeschlusse waren ausser der Person des zu wählenden und dem Zwecke: *qui senatum legeret*, die beiden ausserordentlichen Bestimmungen getroffen, dass er ohne mag. equit. sein, und, obgleich nur für ein bestimmtes Geschäft ernannt, 6 Monate das imperium haben solle, s. 9, 34, 12; Becker 2, 2, 164; 176. — *sine m. eq.* attributive Bestimmung von *dictatorem*.

23. 1—2. *is* fehlt in den Handschrr., s. 21,52,10; 10,1,9, welche nur *R.* haben, was viell. ein Ueberrest von *dictator* ist. — *cum lict.* etc., dieses scheint nach § 7 u. 9 am Tage darauf, nachdem er in der Nacht gewählt ist, geschehen zu sein, so dass er sogleich das imperium hat, s. 3, 27, 2, Becker 2, 2, 378, und durch den Senatsbeschluss vorbereitet, schon vorher seine Vorkehrungen getroffen hat. — *in Rostra*, das Folg. ist eine contio, in welcher der Dictator seine Anordnungen dem Volke mittheilt, s. § 8; 9, 30, 1. — *neque — neque*, dann *nec — nec* nur um abzuwechseln; ebenso wechselt im Folg., wenn anders *se* richtig ist, die persönliche Construction mit den allgemeinen Sätzen *neque duos* etc. — *duos*, s. Becker 2, 2, 163. — *se* sich als dict., wie vorher *duos dict.*, im Folg. tritt die verbale Construct. ein. — *mag. eq.* soll nur das Ungewöhnliche anzeigen, denn eine Beschränkung erlitt der Dictator durch den mag. eq. nicht. — *uni* s. 9, 34, 16. — *eidem*, s. Val. Max. 4, 1, 3: *iterum censor* (*Marcius Rutilus*) *creatus ad contionem populum vocatum quam potuit gravissima oratione corripuit, quod eam potestatem bis sibi detulisset, cuius maiores, quia nimis magna videretur, tempus coartandum iudicassent*, worauf bestimmt wird, dass es nicht erlaubt sein soll, die Censur zweimal zu bekleiden. — *nec dict. n. r. g.*, wenn die Lesart richtig ist, so muss entweder ein plötzlicher Uebergang von der negativen Ausdrucksweise, die in den vorhergeh. Sätzen herrscht, zu der affirmativen: *et non probare — et probare non dictatori nisi:* er billige dass nur u. s. w., oder angenommen werden, dass *nisi* bedeute: mit Ausnahme des Falles, dass der Dictator *rei ger. c.* gewählt sei. Beides ist gleich hart: und da die beste Hdschr. *nisinecreig.* hat, so ist vielleicht *sibi non rei ger.* zu lesen, wie vorher *se sine* etc. — *rei gerend.*, mit der Vollmacht den gan-

3 rei gerendae causa creato in sex menses datum imperium. quae inmoderata fors tempus ac necessitas fecerit, his se modum in-
positurum. nam neque senatu quemquam moturum ex iis, quos
4 C. Flaminius L. Aemilius censores in senatum legissent, transcribi tantum recitarique eos iussurum, ne penes unum hominem iudicium arbitriumque de fama ac moribus senatoris fuerit; et ita in demortuorum locum sublecturum, ut ordo ordini, non
